

Et effundam super vos aquam mundam, et mundabitur ab omnibus inquinamentis vestris, et ab universis idolis vestris mundabo vos.

Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri: et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.

Cap. 37. — Facta est super me manus Domini, et eduxit me in spiritu Domini: et dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus.

Et dixit ad me: Fili hominis, putas, vivent ossa ista? Et dixi: Domine Deus, tu nosti.

Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis: et dices eis: Ossa arida, audite verbum Domini.

Et accesserunt ossa ad ossa, nunquodque ad juncturam suam.

Et vidi, et ecce super ea nervi et carnes ascenderunt: et extensa est in eis cutis desuper, et spiritum non habebant.

Et ingressus est in ea spiritus, et vixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde.

Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc universa, domus Israel est: ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, et perit spes nostra, et abscissi sumus.

Propterea vaticinare, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulchris vestris, populus meus: et inducam vos in terram Israel.

Et percipiam illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis: et fundabo eos, et multiplicabo, et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum.

Cap. 38. — Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem capitis Mosoch, et Thubal, et vaticinare de eo.

Et dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch, et Thubal.

Et circumagam te, et ponam frenum in maxillis tuis: et educam te, et omnem exercitum tuum, equos et equites vestitos loriceis universos, multitudinem magnam, hastam et clypeum arripientium et gadium.

Et convocabo adversus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: et gladius unusquisque in fratrem suum dirigitur.

Et iudicabo eum peste, et sanguine, et imbre vehementi, et lapidibus immensis: ignem et sulphur pluam super eum, et super exercitum ejus, et super populos multos, qui sunt cum eo.

Cap. 39. — Super montes Israel cades tu, et omnia ægmina tua, et populi tui, qui sunt tecum: feris, avibus, omnique volatili, et bestiis terræ dedi te ad devorandum.

Et imittam ignem in Magog, et in his qui habitant in insulis confidenter: et scient quia ego Dominus.

Et succendent arma igni septem annis: et sepelient ibi Gog, vocabitur vallis multitudinis Gog.

Nomen enim civitatis Amona, et mundabitur terram.

Cap. 40. — In visionibus Dei adduxit me in terram Israel: et dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium civitatis vergens ad austrum.

Et ecce vir, cujus erat species quasi species æris, et fuculicus lineis in manu ejus, et calamus mensure in manu ejus: stabat autem in portâ, et mensus est calamo portas, vestibula, fenestras, thalamos, atria et gazophylacia templi.

Cap. 45. — Et audivi loquentem ad me de domo, et vir qui stabat juxta me, dixit ad me: Fili hominis, locus solii mei, et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in æternum: et non pollutent ultra domus Israel nomen sanctum meum ipsi, et reges eorum in fornicationibus suis, et in ruinis regum suorum, et in excelsis.

Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, et ruinas regum suorum à me: et habitabo in medio eorum semper.

Cap. 44. — Et convertit me ad viam porte sanctuarii exterioris, que respiciebat ad orientem: et erat clausa.

Cap. 45. — Cùmque cœperitis terram dividere sortitò, separate primitias Domino sanctificationem de terrâ, longitudine viginti quinque millia, et latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino ejus per circuitum.

Cap. 46. — Hæc dicit Dominus Deus: Si dederit princeps donum alicui de filiis suis: hæreditas ejus: filiorum suorum erit, possidebant eam hereditarie.

Cap. 47. — Et convertit me ad portam domus, et ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientem: facies enim domus respiciebat ad orientem, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris.

Et traduxit me per aquam usque ad talos. Rursùmque mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad genua.

Et mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torrentem, quem non potui pertransire: quoniam intantum aquæ profundi torrentis, qui non potest transvadari.

Cùmque me convertissem, ecce in ripâ torrentis ligna multa nimis ex utraq; parte.

Cap. 48. — Et hi egressus civitatis: A plagâ septentrionali quingentos et quatuor millia mensurabis.

Et porte civitatis ex nominibus tribuum Israel, porte tres à septentrione, porta Ruben una, porta Jaco una, porta Levi una.

Per circuitum decem et octo millia: et nomen civitatis ex illâ die, Dominus ibidem.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MALDONATI VITA.

MALDONATUS, seu MALDONATO (Joannes), è societate Jesu, in urbe dictâ Casas-de-la-Reina in provincia Estramadura, natus est anno 1534. Peracto Salmanticae studiorum curriculo, Græcam linguam, philosophiam theologiamque ibi felicè admodum successu edocuit. Anno 1562, Jesuitarum familia Romæ aggregatus, sequenti anno Parisios se contulit, philosophiam necnon theologiam professurus: quo quidem munere perfunctus, tanto numero discipulos ad se rapuit, ut tribus etiam horis antequam professor adesset, auditorium completeretur, unde sæpius evenit, ut, propter redit exiguitatem, forâ in collegii aræ munus suum exequi coactus fuerit. Pictavi deinde professus, à cardinali Lotharingo Mussipontum accessit, eo fine ut ex viri celeberrimi famâ Universitas ab inelcto præsule recens fundata laudem ac decus reciperet. Maldonatum interim Sedanum acivit dux Monspensierius, ut ipsius filia ducissa Bullionensis ad unitatem per eum revocaretur; quapropter, initis cum tribus et viginti è protestantium grege ministris collocaionibus, ipsique ad silentium redactis, duos ex his spectatissimos ad fidem catholicam adduxit. Post hæc Lutetiam rediit, eadem professoris vires maximâ cum laude implevit, minòs verò in rebus privatis felix: quippe qui tunc temporis accusatus est quòd à preside Montbrun in societatis suæ gratiam legatum universale extorsisset, ac insuper de immaculatâ Virginis conceptione errores tradidisset. A priori crimine, supremi senatus Parisiensis judicio, à posteriori verò, episcopi ejusdem urbis Condi sententiâ absolutus est. Crescente vero adversariorum invidia, loco cedere coactus fuit, seseque contulit Avaricum. Peractis autem in hæc urbe octo circiter et decem mensibus, ipsum Romæ accessit Gregorius Papa XIII, ad elaborandam Bibliorum septuagintâ Interpretum editionem. Paulò post ibidem obiit vir celeberrimus, anno salutis 1585, ætatis verò 49.

Inter ipsius opera hæc præcipuè notantur: 1^o *Commentaria in Evangelia, Mussiponti 1595-1617, in-fol.*; — 2^o *Commentaria in Jeremiam, Baruch, Ezechielem* (quod quidem opus infra subjungimus) *et in Daniele, 1609 in-4^o*; — 3^o *Tractatus de Sacramentis*, cum aliis opusculis, Lugduni 1614, in-4^o; — 4^o *Tractatus de Gratiâ, de Peccato originali, de Ritibus Ecclesiæ*; — 5^o *Scholæ in Psalmis, Proverbia, Cantica, Ecclesiasten et Isaiam*, additis diversis instrumentis Parisiis editis anno 1677, in-fol.; — 6^o *Tractatus de Angelis et Demoniis, Parisiis 1617*; — 7^o *Tractatus de Cæremoniis, in Bibliothecâ rituali*, accurate Francisco Antonio Zaccaria, Romæ primò editus anno 1781, in-4^o.

Maldonatus utriusque Græcæ necnon Hebræicæ linguæ peritissimus extitit, sacrisque simul et profanis litteris excellissimus. Patres et theologos apprime noverat, nec theologiae scholasticæ opinionibus plus æquo indulgebat. Sensus ipse suos, nulli serviliter inherens, singulari aliquando libertate, nunquam verò orthodoxæ doctrinæ definitionibus adversatus, enuntiabat. Nullo dicendi genere, facilique verborum facundia, necnon firmo presentis animi consilio pollens, formidandum in colloquendo adversarius se præbuit. De ipsius Bibliorum translatione, omnium Scripturæ studiosorum existimatione celebratâ, hæc habet Ricardus Simon, scriptor aliàs non omnino auctori nostro favens: « Ille, ait, Jesuita hocce opus eximium maximâ curâ elaboravit. Nullam ei omittit difficultatem quin penitus ipsam excutiat, et siquando non plures simul litterales sensus exhibet, at certè meliorem solet eligere, neglectâ ut plurimum veterum interpretum auctoritate, nec ad majorem per sonarum numerum attendens, ipsius proponende tenendæque veritatis studio movetur. »

IN EZECHIELEM COMMENTARIUM.

Proœmium.

Ezechiel apud Hebræos *fortitudinem*, aut, ut Origenes et Hieron. interpretantur, *imperium Dei*, sive roboratum à Deo significat. Filius fuit Buzi, ut ipse initio libri testatur, propheta simul et sacerdos, quem admodum Jeremias (1), et ætate illi penè æqualis:

sed alia patria. Nam Jeremias Anathothites, Ezechiel Saterites fuit, ut Epiphanius in ejus vitâ tradit. In Thargum Jerosolymitano dicitur filius fuisse Jeremias, qui Buzi, id est, contemptus dicitur, quòd eum omnes contemnerent, idque refert R. David initio comm., sed Hebræorum fabula est. Nonnulli enim

obscuritatem præ cæteris affectare, et multa Moysi contraria tradere videretur. (Calmet.)

Pythagoram philosophum fuisse crediderunt (1), ut auctor est Clemens Alex., lib. 1 Strom. Qui illud etiam

(1) Fuerunt nonnulli veterum qui putarunt Ezechielem fuisse Pythagoram. Audi Clementem libro primo Stromat. Alexander, inquit, in libro de Symbolis Pythagoricis, refert Pythagoram fuisse discipulum Nazarethi Assyri. Quidam eum existimant Ezechielem; sed non est, ut ostenditur postea. Clearchus autem peripateticus dicit se nosse quendam Judaeum, cum quo versatus est Aristoteles. Imitatur Aristotelem sua hiansse à Judaeis, æquæ ac Pythagoram et Platonem, qui proinde vocatus est Moses Aethiops. Atque ab Ezechiele nomen accepisse videtur Ezechielus poeta tragicus, de quo idem Clemens eodem libro sic scribit: De Moysi educatione notisimum quoque consentit Ezechielus Judicium tragodiarum poeta in Actu qui inscribitur Εἰσέγεια, id est, Educcio, sic scribens ex personâ Moysi, ubi multa ejus carmina de Mose recitat. Ad hoc accedit S. Ambrosius, qui Pythagoram à Judæis ortum censet. Sic enim scribit ad Irenæum libro 5, epist. 20: Pythagorum mandatum in aliquorum scriptis prædicari invenimus, quo ille discipulos suos communem utque usitatum populo prohibuit ingredi viam. Sed hoc unde osumperit, non est incognitum. Nam cum ex populo Hebræorum (ut plerique arbitrantur) genus diceret, ex ejus discipulis derivavit omnium magistris præcepta, meritoque magnas apud philosophos habuit, qualem (ut aiunt) vix reperis ullum. Legerat itaque in Exodo Moysi divinum præceptum esse oraculo: Solve calcematum pedum tuorum. Id etiam præceptum Jesu Nave, videlicet, ut detrita et popularis vita deponeret pulverem, quiviam Domini ambulare desiderarent. Legerat præceptum eidem Moysi, ut montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autem deorsum staret. Et Theodor., l. 1, de Fide, ubi Pythagoram circuncisionem asserit: Fertur, inquit, Pythagoras circuncisionem subisse acceptam ab Ægyptiis, quam tamen Ægyptii ab Hebræis patribus accepissent. Favet et ratio, vel potius conjectura. Nam tam Ezechiel quam Pythagoras totus mysticus est et symbolicus, ut utrumque sua oracula sumpsit Ethicam docet per symbola et æmigmata. Ad hoc, utroque eodem ferè tempore floruit, videlicet Ezechiel sub Nabuchodonosore, Pythagoras sub Cyro et Cambyse, teste Eusebio in Chronico. Insuper sicut Ezechiel cum Deo colloctus est, ab eoque eductus; ita et Pythagoras dixit se familiarem esse Apollini, ab eoque doceri: unde et Pythagoras dicitur à Pithio Apolline, quod cum illo colloqueretur, idèque non minus vere doceret quam Pythius. Quocirca ipse suis erat instar oraculi: de eo enim dicebant, oraculi, Epist. Pythagoras hoc dixit: ergo verum est et indubitatum. Unde Ovidius de eo cant libro 15 Metamorph.

Mente deos adit, et quæ natura negavit

Usibus humanis, oculis ex pectoris hausit.

Verim certum est Pythagoram nec Ezechielem fuisse, nec Judæum, etsi à Judæis et prophetis sua dogmata, fortè etiam circuncisionem, mutuatus sit. Nam primo, veteres passim docent Pythagoram ex Samo insula prodisse: ergo Græcus fuit, non Judæus. Secundo, Pythagoras docuit περὶ φύσεως, id est, animarum ex uno corpore in aliud, non tantum hominis, sed et bestie transmigrationem: que planè Hebræorum placitis repugnat, et nominatim oraculo Ezechielis, cap. 57, de anima ad sua ossa sumpsit carnem redeunte. Pythagoras enim, ut dixerat doct Tertullian., libro de Anima, c. 28, ut hunc summo de animarum transmigratione errorem populo probaret, mortem simulavit, subterraneo latuit in specu per septennium, illic se patientia damnans unâ matre conscia: et ubi satis visus est corpulentam interpollasse, de adytis fallacia emersit, ut ab inferis redire crederetur, dicens se primò fuisse Æthalidem sive Euphorium, Pyrrhum deinde piscatorem, et mox Hermotymon. Pythagoræ est illa vox, quam in se

alio ejusdem libri loco refert, alium quoque Ezechielem Hebræum tragodiarum scriptorem fuisse; multaque ejus carmina recitat non inelegantia. Consentient omnes auctores cum cum Joachimo rege in Babylonicam captivitatem fuisse translatum, cum is qui lib. 4, Reg., c. 24, Babylonem dicuntur à Nabuchodonosore ducti fuisse. Quid de eo Gnostici olim fabulantur, segeti qui volit apud Irenæum. Sunt qui putent eum tricesimo ætatis sue anno cæpisse vaticinari: in quibus sunt Orig., Hieron., Gregorius. Et Origenes quidem et Gregorius ita interpretantur, quod Ezechiel ipse dicit se anno tricesimo juxta fluvium Chobar caelos apertos vidisse. Res incerta, sed probabilis. Nam et sensus mysticus, ut ait Origenes, rectè convenit. Erat enim Ezechiel figura Christi, cui anno tricesimo baptizato aperti sunt caeli. Convenit etiam cum eo numero Hebræorum traditio, ut nemo ante annum ætatis tricesimum hujus prophete principium et finem legeret, quasi temerarius esset, qui minore ætate tanta mysteria intelligere conaretur, quam propheta ad eum doctus intellexisset. Convenit sacerdotis officium, quo nemo nisi 50 annos natus fungi poterat: et est rationi consentaneum, Ezechielem sacerdotem atque Prophetam, eodem tempore, sacerdoti et prophetia munere fungi cæpisse. Argumentum idem ferè quod Jeremie; sed aliis figuris et densioribus tenebris involutum. Scriptis enim in Babylone eodem tempore quo Jeremias Jerosolymis vaticinabatur, eadem de re, eodem spiritu. Nam primis viginti quatuor capitibus Judæorum captivitatem, et urbis Jerusalem excidium prædicit, causasque ejus exponit; sicut Jeremias fecit per viginti septem prima capita. Deinde contra Ammonitas, Moabitas, Idumæos, Philistæos, Tyrios, Ægyptios, Assyrios, Babylonios usque ad capti tricesimum quartum vaticinatur, ut Jeremias à capite quadragesimo septimo, usque ad quinquagesimum

transcribens Hieronimus philosophum irridet tractum de Gentilium Philosophorum Irrisone, qui exat tom. 4 Bibliot. SS. Patrum. Nunc, ait, immortalis sum, et gaudeo; nunc contra mortalis fio, et ploro: mox in individua corpora solvo, aqua fio, sicut aer, sicut ignis: pascit me facit. Inque vicissim fratres habeo delphinos. Cum vero intor corpus, perimesco, et nescio quo nomine id vocem nominemque, an draconem, an hypanem, an leonem, an aënem, an serpentinum, an draconem, an chymaram. In cinctis enim bestias commutor, terrætas, aquatiles, volucres, multiformes, agrestes, cicaras, natus, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo, sublimis in aëra feror, serpo, curro, sedo. Tertio, quia Ezechiel et Pythagoras non fuerunt synchroni, sed hic ille fuit posterior. Ezechiel enim floruit regnante apud Chaldaeorum monarchia, regnante apud Persas Cambyse, apud Romanos Tarquinio Superbo, olymp. 64, ita Euseb. in Chronico. Ergo Ezechiel quiddecim olympiabus, hoc est, 60 annis, præcessit Pythagoram. Insuper Euseb., Olympiade, inquit, quinquagesimâ sub Cyro floruit Thales præceptor Anaximandri: hic Anaximenes, hic Anaxagoras, hic Periælis fuit magister in Anaxagora verò temporibus Xenophanis et Pythagoras fuerunt. Ergo Pythagoras Cyro duabus, Ezechiele tribus vel quatuor generationibus fuit posterior.

(Corn. à Lap.)

primum. Extremis quatuordecim capitibus prædicit liberationem à captivitate, Christi regnum, templi restorationem, interitum Gog et Magog. Quod aliqñ etiam ex parte Jeremias fecit à capite tricesimo, usque ad tricesimum quartum. Scribendi causam Hieron. fuisse putat, ut Judæos, qui cum Joachin in Babylone captivi erant, consolaretur atque sustentaret; cum eos pœniteret quod Jeremie suavis regi Babylonis tradidissent; cum viderent stare adhuc et florere Jerosolyma, quæ Jeremias inflammanda, evertendaque prædixerat: quod ex Jeremie lectione facillè apparet verum esse. Nam et in Jerusalem pseudopropheta erat, qui contra Jeremie prophetam prædicaebat, non solum non abduccendos in captivitatem Judæos, qui Jerosolymis erant, sed etiam eos, qui cum Joachin in Babylone captivi tenerentur, brevi redituros, ut prædicit Hananias, cap. 28. Contra verò Jeremias ad captivos, qui Babyloni erant, scribebat, ut domos ædificent, plantarent hortos, uxores ducerent, filias suas nupti darent; septuaginta enim annos eos in captivitate futuros, cap. 29, 5. Erat etiam inter captivos, qui contra Jeremiam, quasi contra hominem seditiosum, ac turbulentum ad eos, qui Jerosolymis erant, scriberent, ut in eum animadverterent, ut Semeias Nehelamites, cap. 29, 24, 25. Confirmat igitur Ezechiel Jeremie predictionem. Ut autem Josephus scribit, sua vaticinia literis tradita in Judæam transmisit: quæ eum legisset Sedecias, hæc potissimum de causâ nec illi, nec Jeremie credidisse, quod cum utroque captivitatem prædiceret, eo tamen dissentire viderentur, quod Jeremias diceret Sedeciam Babylonem captivum duendum; Ezechiel verò negaret eum Babylonem visurum. Quod utrumque verum esse eventus comprobavit. Nam ductus quidem est Sedecias Babylonem captivus; sed oculis orbatus, ita ut eam videre non posset. Genus prophetiæ obscurissimum est (1), quantum sermo simplex est et facilis.

(1) Ezechielis subtilitas et obscuritas ad oculum patet, si quis solum c. 1, et c. 40, cum seqq. octo inspiciat. Hinc S. Gregor. Nazianz., orat. 25: Ezechiel, ait, omnium prophetarum maximus est, et excelsus. Idem oratione 54: Quid, inquit, Isaiam et Ezechielem rerum maximarum spectatores, reliquosque prophetas commemorare? quorum alter Dominum salvatorem in gloria throno sedentem vidit, eumque à Seraphim senis alis præditis in orbem circum, ac laudatum, et occultatum, seque ipsum carbone perpuratum, atque ad obediendum prophetæ nuntius adnotatum: alter subcælum pauperis Dei, hoc est, Cherubinos, describit, thronumque ipsius excelsiorem, eoque sublimius firmamentum, atque insuper eum, qui in firmamento sese utcumque conspiciendum præbuit, necesse etiam quasdam, et impetus atque actiones, sive divinum hoc fuerit spectrum, solis optimis et sanctissimis viris spectabile; sive minime fallax noctis visus; sive mentis impressio quadam et informato, cum rebus futuris quasi cum presentibus commercium habens; sive arcumum quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo; novit hoc prophetarum Deus, et qui hujusmodi afflatus agitantur. Hebræi credunt istum esse in Scripturâ leges, alteram scribam, de rerum creatione; alteram secretam traditam Moysi de divinitatis specie: illam appellatam hereset, istam mercava; illam contineri Genesi, istam in Ezechielis curva; illam vulgatum esse omnibus, hæc solis sapientibus detectam. Quocirca S. Hieron. hic

S. S. XI.

Obscuritatis causas Theodoretus duas esse existimat; alteram, quod maxima tractet mysteria, et non sint margarite ante porcos projicienda; alteram, quod Judæos accuset, gentium verò vocationem et felicitatem prædicit: verendum autem fuisse ne si Judæi planè intelligerent, invidia librum abolerent. Creditur aliquos etiam alios scripsisse libros. Nam et Josephus duorum librorum ejus meminit, et Athanasius in Synopsi præter hanc prophetiam quendam ejus librum inter apocrypha connumerat (1). Idem quoque

apud Hebræos vetitum asserit, ne quis Ezechielis principium et finem, Cantica Canticoorum, et initium Genesios, legat ante statum sacerdotalem, id est, ante annum trigesimum. Est enim Ezechiel inter prophetas, quod inter Græcos Heraclitus, qui teste Plutarcho in vita Fabii Maximi ab obscuritate dicitur esse exarsit, id est, tenebrosus, ait Delrio, adag. 197.

Amplius tradunt et observant Rabbinii, scilicet, neminem ante trigesimum annum ad Ezechielis lectionem admittunt. Rursùm negant fas esse cuiquam Ezechielem scriptis commentariis explicare, nisi summa tantum ejus capita attingendæ. Verùm hæc eorum est superstitio. Quod enim Deus per prophetam scribit, hoc et legi et explicari voluit. Ezechielis ergo præcibus adjuvi eum inchoabis. Porro obscuritatis in Ezechiele causa est duplex. Prior est materiæ et rerum subtilitas, ut c. 1, Deum, Deique et angelorum attributa per currum Cherubim, per rotas oculatas, per crustas animalium facies, per firmamentum, per quæstallum, per electrum, et c., admirat et explicat. Posterior est, modus dicendi et sermo in se facilis quidem et simplex, sed qui figuratis sit, suaque proponat per symbola et æmigmata. Cujus rei unam causam dat Theodor., videlicet, quod Judæos redarguit, eosque excusculosos et reprobandos prædicit, ex adverso gentium vocationem et salutem præmittit: idèque temporum fuisse, ne, si Judæi planè dicta et scripta ejus intelligerent, ex invidia librum abolerent. Verùm, si ita est, cur non abolerent prophetiam Jeremie, quæ clarè (ut et quædam capita Ezechielis) hoc excidium denuntiat? Potius ergo ad varietatem prophetiæ id referendum videtur, ut scilicet quæ Jeremias clarè Judæis in Jerusalem, eadem ipsè in Babylone per symbola Ezechiel representaret; ut Babyloniis ea intelligere, itaque Judæos irridere et subsannare nequirent; sed solis Judæi, quibus ea explicat Ezechiel.

(Corn. à Lap.)

(1) Sententiæ quædam auctori huic tribuntur, quæ ex ejus scriptis frustra repetas, velut illa: In quo statu te invenero, in ipso judicabo te, inquit Dominus. Vide S. Joannem Climacum gradu septimo scalæ paradisi; et vitam S. Antonii, cap. 15. Ejus etiam nominis adscribitur altera: In quacunque hora ingemuerit peccator salvus erit. Vide Luciferum Calaritanum, Tertullianus de carne Christi, cap. 25, ex eodem prophetâ assumptum ait illud: Vacca peperit et non peperit, sive ut legit S. Epiphanius, heresi 50: Vacca parit vitulum suum, et non dicit: Non me peperit. S. Clemens Alexandrinus Pedag., lib. 4, cap. 10: Dicit Deus: Vacca peperit et non peperit, sed hoc corde vestro, et dixeritis: Pater, audiam vos tanquam populus sanctus. Integriorem hunc locum producit Clemens Romanus in priori ad Corinthios, cap 8: Resipiscite, domus Israel, ab iniquitate vestra. Dic filius populi mei: si peccata vestra à terra ad cælum usque peringunt, et cruce rubrica et altitudo nigritia fuerint, et ad me ex toto corde conversi fueritis, et dixeritis: Pater, tanquam populo sancto aures vobis præbebo.

Narrat alibi idem Josephus, loco cit., lib. 10, Ezechielem et templi eversionem, et nunquam visurum Babylonem Sedeciam vaticinium, summo hoc oraculum Hierosolymam misisse. Hujus rei nullum superest

Athanasius in libro de Incarnatione Verbi auctor est, eum populi causâ interfectum fuisse. Addit Epiphanius à duce populi occisum, quod ejus idololatram reprehenderet, sepultumque in terrâ Assyriorum in monumento Sem et Arphaxat progenitorum Abrahæ, quod ad sua usque tempora et usque dicitur (1). Aggrediamur

vestigium in scriptis Ezechielis. Quamobrem epistolam ad regem Juda ejus argumenti ab eo datum, intermisit credimus. Pseudo-Athanasius in Synopsi putat alterum de duobus voluminibus à prophetâ scriptis penitus interisse. Et recentior alius auctor, terneritate et opinionum novitate notus, demonstrandum suscepit, scripta illa, Ezechielis nomine ad nos missa, fragmentum esse alterius amplissimi operis; ejus rei argumentum dicit ab eorundem primi capituli, ita plane concepto: *Et factum est in trigesima anno*, neque enim conjunctio et eorundem esse videtur librorum, sed partium connexio; sicut nunquam factum scimus, ut in primo operis vestibulo certus quidam annus designetur, nec indicata quidem epocha, ex qua supputatio illa debeat. Observat insuper in eam rem illud capituli 1. 3: *Factum est verbum Domini* (nempe factum frequentius ad Ezechielem filium Buzi.

Non negamus certe fieri potuisse ut Ezechiel plus aliquid scriperit, quam nostrâ ætate supersit: sed nihil pariter hinc scriptoris opinio defendendum temerè censemus. 4. Potuit opus Ezechielis in duas partes Josephi ordine distribui, quarum prior 53 prophetia capita contineret, altera notam postrema, quibus de restitutione urbis et templi agitur. Auctor vero Synopsi, auctoritate Josephi præpositè acceptâ fretus, censuit, scriptum esse ab Ezechiele alterum, quam quod supersit, opus, quod deinde interdidit sibi persuasit. 5. Ezechiel excedit Hierosolyam et templi vaticinium in Judæam facile misit; neque tamen Josephus unquam testatus est, missum à prophetâ Hierosolyman integrum opus, in quo nunquam visurus Babylonem Sedecias legatur. Facile enim seu viva tantum voce defuit hoc de Sedecia oraculum, vel epistole private commisit, nunquam in canonem oraculorum ipsius cooptata. 6. Si conjunctio et in fronte libri occurrens de integritate operis decessisse aliquid certi argumenti demonstrat, eadem statim sententia ferenda de libris Josue, Judicum, Jonæ, primo Machabeorum, aliisque nonnullis; statimque amplioris operis vetuli fragmenta quædam habere illos oportet; quod sane temeritas operis inscriptus, quo polissimum referendus sit, proferri quidem nos laet; ætate vero prophetæ res erat exploratissima. An idcirco invidiam in librum creetur, quod aliqua continet nobis prosumt ignota? Idem fortasse negotium posteritati fiet in nostris epochis evolvendis, quod nos in veterum chronologiâ sollicitos tenet. 7. Dominum sæpè aliâ Ezechiel locutum, nunquam legitur in textu: quin potius verba illa: *Factum est verbum Domini ad Ezechielem*, hoc primo verbum prophete factum esse demonstrant. (Calmet.)

CAPUT PRIMUM.

1. Et factum est in trigesimo anno, in quarto, in quinta mensi, cum essem in medio capivorum juxta fluvium Chobar, aperti sunt celi, et vidi visiones Dei.

2. In quinta mensi, ipse est annus quintus migrationis regis Joachin.

3. Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terrâ Chaldeorum secus flumen

igitur prophetæ, sacerdotis, martyris precibus adjuvi mysteria ejus enarrare (1).

rario, p. 78, edit. l'Emper. et legi possunt in Carprovi Introduct. in libr. prophetar. V. T., p. 204, edit. sec. (Rosenmüller.)

(1) In Ezechielis vaticiniis quamvis verborum structura et ratio satis sit plana et expedita, visum tamen, imaginum ac parabolarum varietate et copiâ reliquos prophetas omnes longo pæ se intervallo relinquunt. Interdum enim per visiones, ut cap. 1 seqq. 8-14, 37, 40, seqq., mox per actiones, symbolicas, ut cap. 4, 5, 12, nunc per similitudines, ut cap. 15, 55, 54, nunc per parabolas, ut cap. 17, item per carmina et fictiones poeticas, ut cap. 19, necnon per allegorias, ut cap. 23, 24, denique per manifestas predicationes, exprobrationes et minas, ut cap. 6, 7, 14, 14, 16, rel., agit, tantaque ubertate et figurarum varietate floret, ut unus omnes prophetici sermonis numeros et modos explevisset, jure suo dicendus sit. Habet verò Ezechiel hoc potissimum sibi proprium, ut quas exhibet imagines ita plene, ita copiose pingat, totaque absolvat, ut nihil addi posse, nihil in mente lectoris relinquat dixeris. In his vaticiniis; quæ per visiones et imagines proponuntur, hunc ferè modum tenet, ut enarratis prius accurate omnibus ac singulis, quæ mentis suæ oculis objecta essent, Deum loquentem inducat, qui ipsum de illorum significatione edocet, et quæ et per figuras futura ostendit statim claris verbis exponit. Vaticiniorum hujus prophete proprietates verissimè descripsit Lowthius, et Ezechiel, inquit, elegantia quidem multum inferior est Jeroniâ, sublimitate autem vel Isaia par, sed in genere dissimilior. Est enim atrox, vehemens, et tragicus, totus in ætate, in sensibus elatus, fervidus, acerbis, indignabundus; in imaginibus candidus, magnificus, trucidans; et nonnumquam penè delirans; in dictione grandiloquus, gravis, austerus, horridus, et interdum nebulosus, frequens et in repetitionibus, non decoris aut gratiæ causa, sed ex indignatione et violentia. Quidquid susceperit tractandum, id sedulo prosequitur, in eo unice hæret delixus, à proposito raro deflectens, ut verum scribam et juncturam vix unquam requiras. In ceteris à plerisque vaticiniis fortasse superatis; sed in eo genere, ad quod unice videtur à naturâ comparatus, et unumquemque vi, impetu, pondere, granditate, nemo ex omni scriptorum numero eum unquam æquavit. Dictione ejus satis est perspicua; omnis prope in rebus sita est obscuritas. Visiones præcipue sunt obscuræ, quæ tamen (ut apud ceteros, Oseam, Amosum, Zachariam) undè et planè historica narratio exponitur. Ezechielis autem pars major, eaque et media, poetica est, siquidem aut res spectemus, aut dictionem; sed in sententiis adeò plerumquæ est hæc in parte statendum sit.)

Lingua Hebraica, quæ utitur Ezechiel, declinat ad Arameismum, habetque hæc paucos vocis et formas Chaldaicas, prout à scriptore, qui in Mesopotamiâ, sive Syriâ aequilonari vixit expectat. Præterea habet plures cum aequali suo, Jeremiâ, loquenti formulis, construendi modos et verborum formas communes. (Rosenmüller.)

CHAPITRE PREMIER.

1. En la trentième année, le cinquième jour du quatrième mois, lorsque j'étais au milieu des captifs, près du fleuve Chobar, les cieux furent ouverts; et jeus des visions de Dieu.

2. Le cinquième jour du mois, dans l'année qui fut la cinquième depuis que le roi Joachin fut transféré à Babylone,

3. Le Seigneur adressa sa parole à Ezechiel prêtre, fils de Buzi, dans le pays des Chaldéens, près du

Chobar: et facta est super eum tibi manus Domini.

4. Et vidi, et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: et nubes magna, et ignis involvens, et splendor in circuitu ejus quasi species electri, id est, de medio ignis.

5. Et in medio ejus similitudo quatuor animantium: et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.

6. Quatuor facies uni, et quatuor pennæ uni.

7. Pedes eorum, pedes recti: et planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli: et scintilla, quasi aspectus aeris candentis.

8. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: et facies et pennas per quatuor partes habebant.

9. Junctaque erant pennæ eorum alterius ad alterum: non revertebantur cum incederet, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur.

10. Similitudo autem vultus eorum: facies hominis, et facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bovis à sinistris ipsorum quatuor, et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.

11. Facies eorum et pennæ eorum extente desuper: duæ pennæ singulorum jonebantur, et duæ tegebant corpora eorum:

12. Et unumquodque eorum coram facie suâ ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illic gradiebatur, nec revertebantur cum ambularent.

13. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animantium, splendor ignis, et de igne fulgur egrediens.

14. Et animalia ibant et revertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis.

15. Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram juxta animalia, habens quatuor facies.

16. Et aspectus rotarum, et opus earum, quasi visio navis: et una similitudo ipsarum quatuor: et aspectus earum et opera, quasi sit rota in medio rote.

17. Per quatuor partes earum euntes ibant, et non revertebantur cum ambularent.

18. Statura quoque erat rotis, et altitudo; et horribilis aspectus: et totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.

19. Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter et rote juxta ea: et cum elevarunt animalia de terrâ, elevarunt simul et rote.

20. Quocumque ibat spiritus, illic eunte spiritu, et rota pariter elevarantur, sequentes eum: spiritus enim vite erat in rotis.

21. Cum euntes ibant, et cum stantibus stabant, et cum elevatis à terrâ, pariter elevarantur et rote, sequentes ea: quia spiritus vite erat in rotis.

22. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, et extensi super capita eorum desuper.

23. Sub firmamento autem pennæ eorum recte alterius ad alterum: unumquodque duabus alis velabat corpus suum, et alterum similiter velabatur.

neuve de Chobar; et étant dans ce lieu, la main du Seigneur agit sur lui.

4. Voici la vision qui me fut présentée. Un tourbillon de vent venait du côté de l'Aquilon, et une grosse nuée, et un feu qui l'environnait, et une lumière qui éclatait tout autour; et au milieu, c'est-à-dire, au milieu du feu, il y avait une espèce de métal très-brillant.

5. Et au milieu de ce même feu, le ressemblance de quatre animaux qui étaient de cette sorte; on y voyait la ressemblance d'un homme.

6. Chacun d'eux avait quatre faces et quatre ailes.

7. Leurs pieds étaient droits; la plante de leurs pieds était comme la plante du pied d'un veau; et il sortait d'eux des étincelles, comme de l'airain le plus luisant.

8. Des mains d'hommes étaient sous leurs ailes aux quatre côtés; et ils avaient chacun quatre faces et quatre ailes.

9. Les ailes de l'un étaient jointes aux ailes de l'autre; ils ne retournaient point lorsqu'ils marchaient; mais chacun d'eux allait devant soi.

10. Pour ce qui est de la forme qui y paraissait, ils avaient tous quatre une face d'homme; tous tous quatre à droite, une face de lion; tous quatre à gauche, une face de bœuf; et tous quatre au-dessus, une face d'aigle.

11. Leurs faces et leurs ailes s'étendaient en haut; ils se tenaient l'un l'autre par deux de leurs ailes; ils couvraient leurs corps avec les deux ailes.

12. Chacun d'eux marchait devant soi; ils allaient où les emportait l'impétuosité de l'esprit; et ils ne retournaient point lorsqu'ils marchaient.

13. Et les animaux paraissaient, à les voir, comme des charbons de feu brûlants, et comme des lampes ardentes; on voyait courir au milieu des animaux des flammes de feu et des éclairs qui sortaient du feu.

14. Et les animaux allaient et revenaient, comme des éclairs qui brillent.

15. Lorsque je regardais ces animaux, je vis paraître près d'eux une roue qui était sur la terre, et qui avait quatre faces.

16. A voir les roues et la manière dont elles étaient faites, elles paraissaient semblables à l'eau de la mer; elles se ressemblaient toutes quatre; et elles paraissaient dans leur forme et leur mouvement, comme si une roue était au milieu d'une autre roue.

17. Leurs quatre parties allaient toutes en même temps; et elles ne retournaient point lorsqu'elles marchaient.

18. Les roues avaient aussi une étendue, une hauteur et une forme qui était horrible à voir; et tout le corps des quatre roues était plein d'yeux tout autour.

19. Lorsque les animaux marchaient, les roues marchaient aussi auprès d'eux; et lorsque les animaux s'élevaient de terre, les roues s'élevaient aussi.

20. Partout où allait l'esprit, et où l'esprit s'élevait, les roues s'élevaient aussi et le suivaient, parce que l'esprit de vie était dans les roues.

21. Lorsque les animaux allaient, les roues allaient aussi; lorsqu'ils demeuraient, elles demeuraient; lorsqu'ils s'élevaient de terre, elles s'élevaient aussi avec eux, et les suivaient; parce que l'esprit de vie était dans les roues.

22. Au-dessus de la tête des animaux, on voyait un firmament, qui paraissait comme un cristal étincelant et terrible à voir, qui était étendu sur leurs têtes.

23. Sous ce firmament, ils tenaient droites leurs ailes, les unes vis-à-vis celles de l'autre; l'un couvrait son corps de deux de ses ailes, et l'autre le couvrait de même.

24. Et audiebam sonum a. arum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei; cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum: cumque starent, demittebantur pennae eorum.

25. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant, et submittebant alas suas.

26. Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.

27. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus ejus per circuitum: à lumbis ejus et desuper, et à lumbis ejus usque dorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu;

28. Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluviae: hic erat aspectus splendoris per gyrum.

24. Le bruit que je leur entendais faire de leurs ailes, était comme le bruit des grandes eaux, et comme la voix que Dieu fait entendre du haut du ciel; ils faisaient un bruit, lorsqu'ils marchaient, comme le bruit d'une grande multitude, et comme le bruit de toute une armée; et quand ils s'arrêtaient, ils baissaient leurs ailes;

25. Car quand ils entendaient retentir la voix du firmament, qui était au-dessus de leurs têtes, ils s'arrêtaient et baissaient leurs ailes.

26. Et dans ce firmament qui était au-dessus de leurs têtes, on voyait comme un trône qui ressemblait au saphir; et il paraissait comme un homme assis sur ce trône.

27. Et je vis comme un métal très-brillant et semblable au feu, tant au dedans qu'autour de lui; depuis les reins jusqu'en haut, et des reins jusqu'en bas, je vis comme un feu qui jetait sa lumière tout autour,

28. Et comme l'arc qui paraît dans une nuée en un jour de pluie; c'est à quoi ressemblait la lumière qui brillait tout autour.

COMMENTARIUM

VERS. 1. — ET FACTUM EST. Praepositionem *et*, et librum cum titulo conjungere saepe adnotavimus; vide Baruch 1, 1. Alii proprietatem linguae Hebraicae esse putant, ut praepositio *et*, initio posita nullum alium usum habeat, nisi ut verbum futuri temporis in praeteritum vertat. Nemo igitur, ubi non sunt, mysteria requirat. In TRICESIMO ANNO. Origenes, hom. 1, et Greg., hom. 2, in hunc locum tricesimum annum aetatis Ezechielis notari putant: quod Hieronymus merito non probat, nec enim solent prophetae à natali suo annos numerare, et si id dicere voluisset, dixisset clarius. Alii Jonathanam Chaldaeum auctorem secuti tricesimum annum ab eo tempore quo liber legis in templo per Helciam sacerdotem repertus est, 4 Reg. 22, 8; significari dicunt alii, ut R. David, et ejus pater R. Joseph tricesimum annum ab ultimo jubileo. Utrumque fortasse verum est, sed non mihi videtur propheta id dicere voluisse. Quorsum enim vel ab inventione libri, vel à jubileo praeter consuetudinem numerasset? Itaque optime omnium, mea sententia, Theodoretus interpretatur, *tricesimo anno* captivitatis. Credibile enim est prophetam accommodatè ad rem, de qua agebat, locutum esse, non autem agebat aut de aetate sua, aut de legis inventione, aut de jubileo; sed de captivitate, ab initio igitur non aetatis suae, non inventae legis, non jubilei, sed captivitatis credendum est eum annos numerasse. Accedit quòd, ut ait Theodor., paulò post cap. 4, 6, Deus dicit propheta: *Eccè cum compleveris haec, dormies super latus tuum dextrum secundo: et assumes iniquitatem domus Juda quadraginta aetibus, diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi*: quibus verbis significat adhuc quadraginta captivitatis annos superesse. Erant autem anni futuri captivitatis septuaginta, 2 Paral. 36, 21, Jerem. 25, 11, 12, et 29, 10; praecesserant ergo jam anni triginta. Totidem autem reperiemus, si ab eo tempore quo Dei sententia pronuntiata est, initium numerandi sumamus. Fuit autem sententia pronuntiata anno decimo octavo Josiae, 4 Reg. 22, 16, his verbis: *Haec dicit*

*Dominus: Ecce ego adducam mala super locum istum, et super habitatores ejus, omnia verba legis, quae legit rex Juda. Regnavit autem Josias triginta unum annum, 4 Reg. 22, 1; itaque supererunt ex ejus regno anni tredecim: Joacim autem, qui et Eliacim, undecim annis, 4 Regum 23, 56, sunt viginti quatuor: Joachaz autem tribus mensibus, 4 Reg. 23, 51, et Jeconias aliiis tribus, 4 Reg. 24, 8, qui sex menses cum eo, quod superabat ex decimo octavo Josie pro uno anno computantur, efficiuntque annos viginti quinque: quibus si jungas quinque annos captivitatis Jeconiae, quo tempore haec propheta edita fuisse dicitur, vers. 2, reperies annos triginta. Quòd autem propheta tempus captivitatis à pronuntiatione sententiae numeret, non debet, inquit Theodor., mirum videri; solet enim Deus id facere sua misericordià. Nam et Abrahamo Deus dixit, Genes. 15, 15: *Scito praenoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: et subjicient eos servituti, et affligent quadringentis annis, et non reperimus Hebraeos quadringentos annos in Aegypto fuisse, nisi ab eo tempore, quo sententia pronuntiata est, tempus numeremus. Caetera interpretationes, quamvis quòd attinet ad annorum numerum, eodem redeant; tamen non sunt ad sensum prophetae accommodatae; praeterquam quòd illud quòd de jubileo dicitur, incertum est; etsi scio R. David contendere in eumdem annum jubileum incidisse, et auctorem Seder Olam et R. Salom. id docere. In quarto, mense, ita loquuntur Hebraei, cum postea sequitur dies mensis: quemadmodum si dicerent, quarto mense, die quinta. Quartus autem mensis intelligitur anni tricesimi, qui respondet mensi junio nostro. Nam à mense martio Hebraei annum exordiebantur, ut apparet Exod. 12, 2, 18. Chald. Paraphrasas, in (mense) tamuz, qui idem est junius. CUM ESSEM IN MEDIO CAPTIVITAE. Et ego in medio transmigracionis, hebraismus, pro, cum versarer inter captivos, qui Babylone transmigraverant. Non vocat transmigracionem, quia Jeconias**

non fuerat vi captus; sed sponte sese regi Babyloniae traderat, 4 Reg. 24, 12. Quod idem discrimen Jeremias diligenter observavit, cap. 24, 5, et c. 28, 4, 6, et c. 29, 1, 4, 16, 20, quamvis saepe aliàs prophetae captivitate et transmigracionem in unum confundant. Juxta FLUVIUM CHOBAR. Hunc fluvium nonnulli eum esse putant, quem Strabo, lib. 16, et Ptolomaeus Aborram vocant. Alii aliquem alium, multos enim fluvios Babylone alluere, ut ex Psalm. 136, 1, colligitur: *Super flumina Babyloniae, illic sedimus et flevimus. Melius Hebraei, ut R. David ex sententià R. Joden, et R. Hona recitat, Euphratem interpretantur, quem fluvium Babyloniae fuisse constat. APERTI SUNT COELI. Non revera, sed metonymicè, ut Hiero, et Theodoretus existimant. Saepe enim haec phrasia apud Hebraeos non veritatem, sed effectum significat, ut Genes. 5, 7, oculi Adami et Hevae aperti fuisse dicuntur; non quòd ante fuisse clausi: sed quòd ita videre coeperint, ut si ante clausi fuissent, deinde aperti; ita in Evangelis passim caecorum oculi, surdorum aures, mutorum ora dicuntur aperiri, Math. 9, 50; Mar. 7, 35; Lucae 1, 64; et 24, 51; Joan. 9, 10. Eodem modo Christo baptizato aperti sunt coeli, Math. 5, 16, et Stephanus, Act. 7, 56, etsi scio esse, qui aliter sentiant. Nihil ergo aliud est caelos fuisse illi apertos, quam ita divina mysteria illi fuisse patefacta, ut si coeli ipsi aperti fuissent. Et vidi visiones Dei, id est, quasi mihi Deus revelavit, quasi dicit, non somnivi, neque fixi, sed à Deo accepti quae dicturus sum; vel ut interpretatur R. David, vidi res magnas et admirabiles. Nam Hebraei, ut saepe indicavimus, res omnes magas, res Dei vocant, ut *montes Dei*, Psalm. 53, 7, *cedros Dei*, Psalm. 79, 11. Visiones autem dixit, quia saepe vidit, vel quia uno tempore res diversas, animalia, rotas, imaginem hominis electrici, ut adnotavit R. Moses, libr. 5, More, cap. 6.*

VERS. 2.—TRANSMIGRATIONIS REGIS JOACHEM. Hic est qui alio nomine aut cognomento Jeconias dicitur solet, 1 Paralip. 5, 16, 17, et Jerem. 22, 24, 28, et Math. 1, 11, 12, cur autem transmigracionem dicit, non captivitatem, superiori versus exposuimus. AD EZECHIELEM, id est, ad me, loquitur enim de se per tertiam personam, ut fieri solet.

VERS. 3.—SECUS FLUVIUM CHOBAR. Traditio Hebraeorum est, ut R. Sal. et R. David hoc loco recitant, nunquam Spiritum sanctum extra terram sanctam prophetis loqui, propterea Jonam fugisse in Tharsis, id est, in mare à facie Domini, quasi Spiritum sanctum posset effugere, Joan. 1, 5, ut illic R. Sal. adnotavit, si quando verò extra terram sanctam loquitur, non loqui nisi in aliquo loco mundo, qualia sunt ea, quae sunt juxta aquas, idèoque Ezechiel dixisse se hanc visionem habuisse juxta fluvium Chobar, ut scribit R. David. Itaque putant Ezechiel prius in Jerusalem afflatus fuisse à Deo; deinde in Babylone juxta fluvium Chobar, quae prius viderat, iterum vidisse. Quam sententiam Jonathan etiam Chaldaeus expressit. Sed haec Judaica sunt et vana; Propheta enim apertè significat se Babyloni primum prophetae spiritum ac-

cepisse. Simile est illud quod nonnulli Hebraei dicunt, quemadmodum refert R. Salom. non esse hoc hujus libri initium, sed illud cap. 2, 2: *Fili hominis, sta supra pedes tuos. Alii aliud: Et facta est super eum ibi manus Domini*; id est, vehementi spiritu prophetiae agitari coepit, ut Jonath. interpretatur. Dicunt enim manum Domini vocari prophetiam, quae magno quodam impetu mittitur, ut in Prophetam perturbet, ut inf., c. 5, 22, 25: *Et facta est super me manus Domini, et cecidi in faciem meam.* Alias generaliter prophetiam significat, ut infra capite 8, 1, et capite 37, 1, et capite 40, 1.

VERS. 4.—ET VIDI. Incipit visionem suam narrare, quae usque adeò difficilis est, ut Judaei non solum ab ejus lectione homines ante annum aetatis tricesimum arceant: sed ne scriptis quidem commentariis explicare fas esse putent, nisi summa capita attingendo. Itaque magna apud eos questio est, quatenus singulas hujus visionis partes explanare liceat, ut intelligi potest ex R. Mose Aegyptio, lib. 5, More, cap. 6. Nos istà Judaeorum superstitione non tenemur. Nihil enim prophetam scripsisse credimus, quod nollet ab omnibus, qui modeste pietate legerent intelligi. Itaque dabimus operam, quantum poterimus maximam, ut ipsis Prophetae adjuti precibus, verum sensum quod imbecillitas ingenii nostri patietur, temulemus. Et quia obscuritas in duobus rebus est, in figura descriptione, quam propheta vidit; et in mysticè ejus interpretatione, et quasi in aenigmati eorumdem solutione; et utrumque simul fieri commodè non potest: prius singula verba explicabimus, et figuram describemus, quae constituta, quod significat, declarabimus. Quod utrumque difficillimum est. Itaque, quemadmodum apud Daniel., cap. 2, duo erant à magis divinanda, quid Nabuchodonosor somniasset, et quid somnium significaret, ita nobis hoc loco duo quaerenda sunt, quid Ezechiel viderit, quod ille obscurè tantum indicat, et quid res ab eo vise significant, quod ille nullo modo videtur exposuisse, sed divinandum lectoribus reliquisse. Et ecce. Haec dictio nota est rei subitae, et admirabilis, ut infra cap. 2, 9: *Et vidi, et ecce manus missa ad me.* VENTUS TURBINIS, id est, turbulentus, turbines excitans. Hebraismus, aut per hypallagè, turbine vento agitur: mysticam significationem postea, ut promissimus, explanabimus. AD AQUELONE, id est, à Chaldaea, quae Judaeae aquilonaris erat, Jerem. 1, 13, 14, et 4, 6, 1. Nam, quamvis Ezechiel in Chaldaea esset, inhiatque visum hoc exceperit, tamen quia de Judaea agit, ita loquitur, ut si Jerosolymis esset. ET NUBES MAGNA, vento advehebatur. ET IGNIS INVOLVENS, sive implicans, in ipsa nube; quasi dicit, vidi nubem magnam, et flammantem, aut fulgurantem. Hebr. et ignem recipientem sese, id est, micantem, erumpentem è nube, et se iterum recipientem, sicut domo aliquà conflagrante, flammæ foras erumpunt, et rursus intus recipientur: aut, quemadmodum fulgura è nubibus ita emicant, ut se iterum intra nubem receptare videantur: describit enim propheta magnam tempestatem. ET SPLENDOR IN CIRCUITU ERAS, nubis, ut rectè adnotat R. Salom.

Nam in circuitu ignis non poterat non esse splendor, sed significat adde frequentes fuisse concussiones, et flammularum ex nube eruptiones, ut totum, quod circum nubem erat, spatium colucreret. Et de medio eius. Hebraice, et ex medio eius, sub. ignis, ut apparet ex genere feminino; וְשׁוֹרֵי עֵינַי, id est, ignis, Hebraice feminini generis est. Itaque in nostrâ versione non est legendum: De medio ignis, ut emendatores habent, et ut Septuaginta quoque verterunt, *ἐκ μέσου αἰθέρος*, sub. *αἰθέρος*, nam *αἰθέρος* intelligi non potest, quia feminini generis est, et quia statim propheta exponit se de medio ignis loqui, repetens de medio (inquam) ignis. Itaque miror Chald. paraphr. vertisse: De medio nubis et turbis. Hebraice lectione repugnant. Significat ergo propheta se vidisse in medio ignis, qui intra nubem conceptus erat, flammisque ejicibat, imaginem electriam. Quasi species electri. Hebr., *אשׁאשׁמאל*. Dicunt Hebraei *caschemal* non esse verbum Hebraicum, nec alibi extra hunc locum reperiri, nisi inf. ver. 27, et cap. 8. 2. Putant autem plerique angelum significare, ut referunt R. David, et R. Sal. Itaque Chald. paraphrastes ipsam dictionem immutatam reliquit. Multo melius noster interpres, et Septuaginta verterunt electrum, quod, ut ait Plinius, metallum est ex auro et quinta parte argenti: aut, ut alii dicunt, succinum mediè penè coloris inter aurum et argentum, quod Galli, Itali et Hispani *ambar*, appellant. Nam colorem aliquem significare manifestum est, ex cap. 8, versu. 2, ubi describens propheta colorem ejus, quem in igne viderat, dicit à lumbis sursum versus similem fuisse igni; deorsum vero similem *caschemal*, ubi *caschemal*, non potest angelum significare, sed colorem aliquem, cumque nimis rubentem, quam ignem. Oppositum enim eum colori ignis: vultque indicare illum quem viderat, nimis splendidum fuisse infra lumbos, quam supra, unde intelligitur *caschemal*, colorem electri, aut electrum ipsum appellari. Sunt etiam qui, cum hanc dictionem nihil significare videant, suspicentur aliquid in eâ cabalisticum delitescere; esseque, ut vocant Hebraei, dictionem compositam ex litteris alphabeti ordine inverso, ut nomen *Sesach*, id est, Babel, apud Jer., cap. 25, 26, et c. 51, 41. Quod si fiat in *caschemal*, fiet *shebid*, quod nihil significat. Sin autem legatur inversis, ut illi volunt, litteris *lemasac*, significabit ugendum, id est, Christum. Itaque si legas *caschemal*, Hebræorum more à dextrâ in sinistram invenes nomen quod nihil significabit; si à sinistrâ in dextram invenes *lemasac*, Christum. Quod in omni scripturæ sacre lectione solet accidere; si enim Hebræorum more Scripturam legas, nihil præter verba et voces, nihil mysterii significantes invenies; si verò legas Christianorum more, ubique Christum reperies. Non mihi displicet hoc studium mysteria et Christum ubique quaerendi: sed nunc tantum figuram describitur, quam se propheta vidisse dicit; quam non dubitamus hominis imaginem fuisse coloris electri, ut, cap. 10, depingitur.

VERS. 5 et 6. — ET EX MEDIO EIUS. Sic legendum, non

ut alii codices legunt, in medio earum. Nam et Hebraice singularis numerus est. et Sept. ita verterunt, *ἐκ μέσου αἰθέρος*, quamquam initio versus verterunt, et splendor in ipso, quod Hebraice non est. Sensus autem est, et ex medio ejus, ignis, ut ex genere femininum constat, quemadmodum vers. 4. Vocant Hebraei hanc visionem quadrigam, quod ex quaternis animalibus, ex quaternis vultibus, ex quaternis rotis constat. SIMILITUDO QUATOR ANIMALIUM. Sunt qui putent hæc quator animalia unum et idem animal fuisse, quator animalium speciem referens; quod c. 10, 15, repetens hanc visionem dicit: *Et elevata sunt Cherubim; ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar*, et vers. 20: *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel, juxta fluvium Chobar*. Alii è contrario unumquodque animal putant fuisse quadrupatum, et unicuique partem quator facies, itaque fuisse sexaginta quator facies, et ducentas quinquaginta sex alas; ita Chaldeus Paraphr. Sed verior est communis opinio, et Hebræorum, et Græcorum, et Latinorum sententia, quator animalia si isse distincta. Nam et quator vocat propheta; etsi non vocaret, tamen ratio ipsa quadrigam quam describit, postularet, ut quator animalia re locoque separata esse diceremus; sicut quator rote sunt. Similitudinem autem appellavit, ut Hieron. ait, quia non erant vera animalia, sed animalium tantum speciem præ se ferebant. *Et hæc aspectus eorum, similitudo hominis in eis*, id est, forma eorum similis erat formæ humanæ, abundat alterum relativum Hebræorum consuetudine. Quidam marechen colorem eorum interpretantur, nimis propriè; non enim hic de colore agitur, sed de formâ. QUATOR FACIES UNI, id est, unicuique quator erant facies Hebræis frequenter occurrunt. Et QUATOR PENNÆ UNI, et quator alæ unicuique faciei quator alæ subjiciuntur, duæ ad tegendam eam partem corporis que illi respondet, duæ verò ad volandum versus eam partem, in quam facies spectabat. Quamquam illi in eo mihi videntur errare quod sedecim animalia fuisse putant, ac proinde ducentas quinquaginta sex alas habuisse; ego quia quator tantum animalia fuisse arbitror, et unumquodque quator facies habuisse; unicuique autem faciei quator alas fuisse subjectas; non nisi sexaginta quator alas fuisse dico.

VERS. 7. — ET PEDES EORUM. Pedes vocat tibias et erura, quemadmodum rectè Septuaginta reddiderunt, *et erura eorum recta*. Recta autem vocat, quæ vertebrae ac juncturas non habebant, qualia dicuntur erura elephantis esse, præterea æquabilia veluti teretes fistulas, ita ut eadem facilitate in omnem partem gradi possent. Ex quâ figurâ colligitur non habuisse singula animalia quator pedes, ut nonnulli putant, sed duos tantum. Nam si quator habuissent, non fuis-

sent rotundi; non enim iisdem pedibus in omnem partem ambulasset: sicut non iisdem alis in omnem partem volabatur, quia plures duabus habebant, nec erant animalia quadrupedia, quæ non nisi quator pedibus possent incedere, dicit enim, versu 5, humanam formam habuisse: homo autem bipes est, non quadrupes. QUASI PLANTA PEDIS VITULI. Jonathan et R. Salomon interpretantur, quasi planta pedis rotundi, sicut et Aquila, auctore Hieronymo transtulit; quasi legerint *agol*, quod rotundum significat. Sensus valde mihi videtur convenire, quasi dicat habuisse pedes rotundos ac teretes, sicut et tibias, aptosque ut quocumque versus eadem facilitate incederent: quales esse solent pedes lignei, quibus claudos uti videmus. Noster verò interpres pedes vituli vertit, quia deempto *var*, *egol* vitulum significat. Sensus verò eodem ferè redit; nam et pedes vituli rotundi quodammodo sunt, ut ipse Hieronymus versionis nostræ auctor, in commentariis exponit. Septuaginta verò cur transtulerint, et *pedes eorum pennati*, non satis intelligo; nisi quod suspicor legisse eos alam pro plantâ, quod nonnisi exiguâ literâ differunt: quasi diceret, pedes eorum similes erant pedibus aligeris. Sed quorsim teretes, si aligeri? Itaque prior sensus melius hæret. Addunt etiam Septuag. quod Hebraice, ut Hieronymus adnotavit, non legitur, *et alæ eorum leves*. *Et scintilla quasi aspectus ignis candentis*. Heb., *et scintillantes*; sub. *erant pedes eorum*; sicut æs tersum ac politum, significat pedes animalium prorsus teretes fuisse, nullamque habuisse inæqualitatem, ita ut splendor ex illis, tanquam ex ære polito scintillare videretur.

VERS. 8. — ET MANUS HOMINIS, id est, brachia similia brachiis humanis erant sub penis eorum; manus vocavit brachia per synecdochem, sicut versu præcedenti tibias vocavi pedes. IN QUATOR PARTIBUS. In quator partibus eorum (animalium), id est, respondentia quator eorum vultibus, ut uni vultui duo brachia subjicerentur, essentque unicuique animali brachia sedecim. ET FACIES ET PENNÆ PER QUATOR PARTES HABEBANT, id est, omni ex parte, aut versus omnem partem; ut in omnem partem aspiceret, et in omnem partem ambulare possent. Et facies eorum et pennæ eorum ipsæ quator: quæ phrasim propriè significat facies et pennas eorum æquales fuisse, id est, ut facies, ac tot pennas unum habuisse, quot aliud, nec ullam fuisse inter ea differentiam; ut explicant Jonathan et R. Salom. Eodem sensu Septuaginta, sed obscurius, et *pennæ eorum quator* (animalium).

VERS. — 9. JUNCTÆQUE ERANT PENNÆ EORUM ALTERIUS AD ALTRUM. Ita ut uno, eodemque impetu omnia simul in eandem partem, æqualique celeritate volare possent. Hebraice alius videtur esse sensus: conjuncte altera ad alteram pennæ eorum; sicut et Septuag. verterunt, *ἐξ ἑκαστου ἐπέκει τῆς ἑτέρας*; ut non sit sensus, unus animalis alas alius alterius fuisse conjunctas; sed in eodem animali alam unius faciei alæ alterius faciei, ita ut totum animal alis tectum esset. NON REVERTEBANTUR CUM INCEDEBANT, id est, non vertebant se, sicut animalia se vertunt cum in eadem

partem ire volunt; quia habebant faciem in omnem partem, tibias pedesque rotundos, ut in omnem partem sine ulla corporis conversione ire possent. UNUMQUOQUE ANTE FACIEM SUAM GRADIEBATUR, id est, quocumque versus vellet, gradi poterat, quia et alas habebat, et pedes rotundos aptosque, ut versus omnem partem graderentur, ita R. Salomon Hebraisum resolvit, qui similis est infra cap. 10, 22. Alius etiam sensus videtur mihi esse posse: *Unum quodque ante faciem suam gradiebatur*, id est, quocumque graderetur, gradiebatur adversum, ut Latini loquuntur, id est, rectâ versus eam partem, in quam ejus facies spectabat, quia versus omnem partem faciem aliquam habebat.

VERS. 10. — FACIES HOMINIS ET FACIES LEONIS. Dixerat versu 5: *Et hæc aspectus eorum, similitudo hominis in eis*; quomodo ergo nunc dicit, non nisi unam è quator facie humanam habuisse, cæteras fuisse aliam leonis, aliam bovis, aliam aquilæ? Respondent plerique omnes fuisse humanas facies: sed unam prorsus humanam, pulchram, placidam, nihilque ferinum præ se ferentem: alias quamvis humanas tamen aliquid ferum habuisse. Sed quorsim teretes, si aligeri? Itaque prior sensus melius hæret. Probabilis est hæc interpretatio; sed neque certa est, neque necessaria. Nam quod versu 5, dixit: *Similitudo hominis in eis*, interpretari possumus, singula animalia, si totum corpus spectes, similitudinem hominis habuisse, sed nihil id obstat, quominus alas habuerint, sicut volucres, et facies diversorum animalium. A DEXTRIS IPSORUM QUATOR. Quomodo dextrum et sinistrum hoc loco sit intelligendum magna inter interpretes dissensio est. Alii dextrum et sinistrum ipsorum animalium intelligunt, quemadmodum videntur ipsa verba sonare; at cum animalia quator facies haberent, neque dextrum neque sinistrum habere poterant. Nam si quis homo quator facies haberet, nec dextera nec sinistra in eo notari posset. Alii dextrum et sinistrum mundi accipiendum putant; quod nullo modo convenire potest. Nam si ad dextrum mundi latas, quod oriens esse dicitur, duo erant animalia; et ad sinistrum, id est, ad occasum, alia duo; neque ad meridiem, nec ad septentrionem ullum fuit animal. Non ergo versus omnem partem spectabant; non ergo versus omnem partem incedere poterant, nisi converterentur: Quod adversatur illi, quæ versu 8 et 9 dicta sunt. Alii dextrum in sinistrum ipsius Prophetae interpretantur: quod nimis etiam convenit. Nam cum essent in quadratam figuram animalia distributa, non poterant in singulis facies hominis et facies leonis ad dexteram prophetae; facies autem bovis et aquilæ ad sinistram esse, cum propheta significet facies eodem ordine in singulis animalibus fuisse dispositas; idque ratio ipsa et significatio figuræ postulat. Verus igitur sensus mihi vide-

tur esse, ut cum in unoquoque animali quatuor essent facies, atque inter eas una humana, ab eâ tanquam, à præcipua dextrum et sinistrum dicatur; ut velit dicere ad dexteram faciei humanæ uniuscujusque animalis fuisse faciem leonis; et ad sinistram faciem bovis, et ponè faciem aquilæ. Sic enim Hebraicè jungenda sunt verba: *Similitudo autem vultus eorum facies hominis*; posito hic puncto, ut in multis etiam Latinis libris est, quasi dicat: Similitudo vultus eadem erat omnibus, omnia enim faciem hominis habebant: deinde sequitur, *et facies leonis à dextris ipsorum quatuor*, id est, ad dexteram faciei humanæ uniuscujusque ex quatuor, quod Hebraicè clariùs dicitur, ad dexteram ipsius quatuor. Itaque non significat faciem leonis esse ad dexteram; sed faciem leonis esse ad dexteram faciei humanæ. Nam si utramque faciem hominis et leonis ad dexteram fuisse diceret; utramque etiam faciem bovis et aquilæ diceret fuisse ad sinistram; at non dicit fuisse ad sinistram nisi faciem bovis, non ergo dicit fuisse ad dexteram nisi faciem leonis. Neque verò intelligi potest quomodo duæ facies ad dextram fuerint in unoquoque animali, sive dextrum mundi, sive animalis, sive Prophetæ spectes; cum in quatuor diversas partes quatuor facies spectaverint. Quod ergo noster interpret dicit: *Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor*, Hebraicè non ita est: non enim legitur, *desuper*, nec id Sept. verterunt; neque nominatur locus ubi fuerit, quia id facile intelligi poterat: cum enim facies leonis esset ad dexteram faciei humanæ, et facies bovis ad sinistram, non poterat facies aquilæ esse nisi ponè, faciei hominis aversa. Neque, ut opinor, noster interpret, cum dixit, *Desuper*, voluit significare faciem aquilæ supra alias fuisse; sed fuisse à tergo capite cæteris altiore, quia aquilæ pro ratione corporis longius quàm cætera animalia collum habent.

VERS. 11. — ET FACIES EORUM. Sunt qui putent sensum esse, facies eorum, quemadmodum et alas, extentas fuisse desuper, quod ne intelligi quidem potest. Melius ergo R. David putat hunc esse epilogum, et quasi transitionem ad alia, quasi dicat: Et quidem facies ad hunc modum, quem exposui, sese habebant. Alæ autem eorum extente erant desuper, ut *et*, hoc loco adversativa sit, sicut in aliis multis. Cum autem dicit pennas eorum extentas fuisse desuper, non omnes pennas intelligit, sed eas tantum quæ supernè erant ut statim explicat: *Duæ pennæ singulorum jungebantur*, sub. *desuper* extente, quasi semper parata ad volandum versùs quamlibet partem. Non ergo intelligendum est pennam unius animalis pennæ alterius fuisse conjunctam, quemadmodum plerique depingunt, sed pennam unius pennæ alteri ejusdem, ut versu 9 explicavimus. Nec intelligit duas alas ejusdem faciei desuper fuisse, ut multi pingunt, sed alam unius faciei alæ alterius faciei ejusdem animalis desuper jungi. Cum enim unaquæque facies quatuor alas haberet; duas, quibus corpus tegebatur, et alias duas, quibus volabat, docet alias quibus volabant fuisse expansas; quemadmodum si volarent: atque ita factum,

ut alæ unius faciei alam alterius faciei attingeret. Nihil enim aliud vult significare, quàm alas fuisse in singulis animalibus ita expansas atque dispositas, ut parata fuerint in quamlibet partem volare. Intelligit ergo singula animalia sederim alas habuisse, ut supra demonstravimus: ex iis autem octo fuisse extentas ad volandum, duas versùs orientem solem: duas versùs occidentem: duas versùs meridiem: duas versùs septentriones: aliàs verò octo totum corpus animalis contexisse, duas anteriorem partem, in quam humana facies spectabat; duas posteriorem, ubi erat facies aquilæ: duas latus dextrum, ubi erat facies leonis: duas sinistrum, ubi erat facies bovis.

VERS. 12. — CORAM FACIE SUA AMBULABAT, id est, quocumque ambulabat, rectè ibat quò ejus facies spectabat, quia versùs omnem partem faciem aliquam habebat, ut supra versu 9: *Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur*, id est, quocumque volebant, quocumque voluntas ferebat, quia versùs omnem partem faciem aliquam, versùs omnem partem alas habebant; pedes verò rotundos aptos ad incedendum in omnes partes; propterea, *nec revertantur, cum ambularent*, id est, non flectebant se. Possumus hoc loco spiritum, voluntatem interpretari, ut R. Salom. et Chaldaeus paraphrastes, ut 2 Paral. 56, 22: *Suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum*; et 1 Paral. 5, 26: *Et suscitavit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum*: vel spiritum intelligere debemus Dei impulsum, quod mihi magis placet, quia idem de rotis dicit versu 20 et 21, et manifestum est rotas non habuisse voluntatem, sed Dei impulsum fuisse secutas. Accedit quòd hæc interpretatio cum mystico sensu magis convenit. Certum enim est, ut postea docebitur voluisse prophetam, aut Deum, qui per prophetam loquebatur significare, animalia illa Dei impulsu et inspirationem sequi consuevisse; atque ad hoc fuisse parata.

VERS. 13. — ET SIMILITUDO ANIMALIUM. Per similitudinem hic non intelligit figuram, quia de eâ jam dixit, neque oculos ut alii interpretantur: sed colorem, ut statim exponit, *quasi carbonem ignis*, id est, erant flammæ coloris, ita ut tota ignita esse viderentur, et quasi lampades ardere. HÆC ERAT VISIO DISCURRENTIS, id est, videbatur in medio animalium splendor ignis discurrere, et de igne fulgur egredi.

VERS. 14. — ET ANIMALIA IBANT ET REVERTEBANTUR, id est, currebant tam in partem anteriorem, quàm in posteriorem eadem facilitate, quia et ante et retrò faciem et alas habebant; itaque sicut fulgur videtur hinc illuc, inque partes contrarias æqualiter discurrere; ita animalia discurrerebant. Cum ergo dicit: *Revertentur*, non idem significat quod supra vers. 9 et 12. Illic enim dixit: *Non revertentur*, id est, non convertentur, non flectebant se: hic autem dicit: *Revertentur*, id est, in contrariam partem ambulabant.

VERS. 15. — CUMQUE ASPICEREM ANIMALIA. Et cum vidissem animalia, id est, post visionem animalium alia mihi visio rotarum apparuit. APPARUIT, et ecce

ROTA UNA SUPER TERRAM. Non intelligit super veram terram, cum hæc omnia in celo viderit; sed super terram, quæ illi in celo ipso infra quadrigam apparuit: quemadmodum si in tabula in aere suspensâ currum super terram pictum videmus. ROTA UNA JUXTA ANIMALIA, id est, juxta unum, singulæ rotæ juxta singula animalia. HABENS QUATUOR FACIES, id est, quadripartita, unaquæque enim rota aliam rotam transversam habebat, ita ut sese æqualiter circuli intersecarent, et quatuor semicirculi apparerent, sicut unumquodque animal quatuor facies habebat: vel juxta quatuor facies ejus, id est, uniuscujusque animalis. Unumquodque enim animal quatuor habebat facies, et sub se, aut juxta se duas rotas, sese intersecantes; quatuorque semicirculos juxta quatuor facies efficientes. Quæres fortassè, cum unumquodque animal quatuor facies haberet, cur non habet juxta se nisi duas rotas? quia nimirum una facies non poterat nisi versùs unam partem spectare: at una rota cum rotunda esset, poterat et ante et retrò pariter volvi, idè unicuique quatuor facies, et duæ tantum rotæ necessariae erant. Itaque erant sedecim facies, et octo rotæ.

VERS. 16. — ET ASPECTUS ROTARUM ET OPUS EARUM. Opus vocat materiam, ex qua earum opus fabricatum erat, aspectum autem colorem. Significat ergo materiam fuisse similem aque maris, id est, crystallinam: colorem verò aqueum, id est, est caruleum, aut etiam crystallinum. Hebr., sicut aspectus Tharsis, quem omnes Hebræi hoc loco lapidem pretiosum esse dicunt, ut Jonathas, R. Salomon, et R. David. Ideòque videtur Septuag. sensisse. Nomen enim ipsum Hebraicum tanquam proprium reliquerunt. Idque intelligitur ex cap. 10, vers. 9, ubi Ezechiel hanc ipsam visionem repetens ait: *Rotæ quasi aspectus lapidis Tharsis*, lapidem etiam significat, Exod. 28, 20, et 39, 15, et Danielis 10, 6. Quis autem lapis sit incertum est. Noster interpret in Exodo, et apud Danielelem Chrysolitum veritè, eodem modo Aquila, ut Hier. refert. R. verò David in lib. rad. ait hyacinthum significare. Atque ita Symmachus apud Hieronymum reddit. R. Sal. putat esse crystallum, quod mihi verosimilius videtur. Nam Tharsis quasi mare dicitur, quod aqueum colorem habeat, qualem videmus crystallum habere: quæ et ex aquis non colorem modò, sed, ut supra versu 12. *Spiritus enim viæ*, spiritus animalis, id est, animalium, singularè pro plurali, id est, idem spiritus, qui regebat et impellebat animalia, regebat atque impellebat rotas; non quòd rotæ animate essent. Septuaginta pro spiritu, *νεψυχη*, id est, nubem, verterunt.

VERS. 21. — CUM FUITIBUS, animalibus, cum illa (animalia irent) IBANT (rotæ), id est, cum movebantur animalia, movebantur pariter et rotæ; cum starent animalia, stabant rotæ, quia idem in utrisque spiritus erat.

VERS. 22. — ET SIMILITUDO. Verba sunt transposita, quæ sic ordinanda sunt, et super capita animalium erat similitudo firmamenti, id est, cœli, coelum enim

tiescumque quiescerent, altera ex duobus punctis, quibus sese scecabat, terram attingerent. Sic enim fiebat, ut, cum movendæ erant, quancumque in partem moveri possent. Hoc est, quod dicit versu sequenti.

VERS. 17. — PER QUATUOR PARTES EORUM EUNTES IBANT, id est, versùs quatuor sua latera sine ulla difficultate volebantur. ET NON REVERTEBANTUR, CUM AMBULARENT, id est, non convertentur, non flectebantur, sicut cæteri curvus ferri solent cum in contrariam partem ituri sunt; quia cum una rota in alterâ esset, sine ulla conversione in quancumque partem rotari poterant. Idem enim nunc de rotis dicit; quod, versu 9 et 12, dixit de animalibus.

VERS. 18. — STATURA QUOQUE ERAT ROTIS. Staturam rotarum appellat ambitum, circulum, et quam Græci vocant *περιφέρεια*: quasi dicat, rotæ habebant magnam peripheriam: Hebræi dorsa earum interpretantur, ut reddidit Chaldaeus Paraphrastes. Alii canthos vertunt: canthi autem dicuntur circuli ferri, quibus rotæ cinguntur. Quæ interpretatio, quamvis à multis probata sit, idè tamen mihi non placet, quòd hic non de materiâ, sed de figurâ sermo sit: et quia si canthos significare voluisset, ferros appellasset. ET ALTIUDO, sub., erat eis, id est, valdè altæ erant. Altitudinem vocat semidiametrum, sicut staturam peripheriam appellaverat. ET HORBILIS ASPECTUS. Hebr., *et timor illis*, id est, adèè magna altæque erant, ut aspicientibus terrorem incuterent. ET TOTUM CORPUS. Hebr., *et dorsa earum plena oculis*.

VERS. 19. — CUMQUE AMBULARENT ANIMALIA, id est, æqualiter ad cursum animalium, volebantur, sive sursùm, sive deorsùm, ita ut idem semper esset inter rotas et animalia spatium.

VERS. 20. — QUOCUMQUE IBAT SPIRITUS, sub. animalium. Hoc enim necessariò intelligendum est, ut constat ex relativo *juxta ea*, aut è regione eorum. ILLE EUNTE SPIRITU, sub. rotarum, ut intelligitur ex verbis sequentibus. SPIRITUS ENIM VITÆ ERANT IN ROTIS. Itaque sensus est, quocumque animalium spiritus impellebat animalia; eò spiritus rotarum impellebat rotas, spiritus autem animalium, et spiritus rotarum idem erat, nimirum spiritus Dei: vult enim significare et rotas, et animalia, eodem Dei spiritu fuisse impulsâ, propterea æquabiliter mota fuisse, ut supra versu 12. *Spiritus enim viæ*, spiritus animalis, id est, animalium, singularè pro plurali, id est, idem spiritus, qui regebat et impellebat animalia, regebat atque impellebat rotas; non quòd rotæ animate essent. Septuaginta pro spiritu, *νεψυχη*, id est, nubem, verterunt.

VERS. 21. — CUM FUITIBUS, animalibus, cum illa (animalia irent) IBANT (rotæ), id est, cum movebantur animalia, movebantur pariter et rotæ; cum starent animalia, stabant rotæ, quia idem in utrisque spiritus erat.

VERS. 22. — ET SIMILITUDO. Verba sunt transposita, quæ sic ordinanda sunt, et super capita animalium erat similitudo firmamenti, id est, cœli, coelum enim

appellat firmamentum, ut Genes. 1, 6, 7, 8. Quasi aspectus crystalli, id est, firmamenti similis crystallo. Nam eorum colore crystallo simile est. Horrimentis: firmamentum, aut crystallum vocat horribilem propter divinitatem quam præ se ferat.

VERS. 25. — PENNE FORUM RECTE, id est, extente, ut supra vers. 11. ALTERIUS AD ALTERUM, femina ad soxorem suam, id est, unaquæque ad eam que sibi vicina erat. Non intelligit aliam unius animalis alæ alterius fuisse conjunctam: sed in eodem animali alam sinistram unius faciei extentam fuisse, atque alæ dextræ alterius faciei conjunctam; et dextram sinistra alterius: unaquæque enim facies quatuor habebat alas: duas ad volandum extensas, et alas duas ad tegendum corpus contractas. Denique hic versus eodem modo intelligendus est, quo supra, versu 11, explicavi. UNUMQUOQUE. Vocat unumquodque animal unamquamque faciem unius animalis, quæ quatuor alas habet. Nam totum animal habebat sedecim alas, et omnia simul sexaginta quatuor, ut ante exposuimus. ET ALTERUM SIMILITER VELABATUR ALTERUM, id est, unum quodque aliorum similiter tangebatur duabus alis. Intelligit semper, alterum, unumquodque animalis animalis, et corpus ejus, id est, partem corporis que illi faciei respondebat. Hebr. *Unicuique duæ (alæ) tegentes illi, unicuique duæ (alæ) tegentes illi copora ipsorum*: abundat alterum relativum, Hebræorum more.

VERS. 24. — QUASI SONUM AQUARUM, id est, sicut sonum torrentis: similis comparatio est infra cap. 43, 2, et Apoc. 1, 43, et 14, 2, et 19, 4, significat animalia dum volarent alarum motu et concussione sonum magnum, sed indistinctum, et confusum edidisse. QUASI SONUM SUBLIS DEI; sicut sonum omnipotentis. R. David interpretatur, sicut sonum fortem et vehementem, ut Isai. 15, 6, sicut vastitas à forti venit, ut ille exponit: vel, ut idem quoque intelligi putat posse, sicut vocem omnipotentis, id est, Dei, sicut infra cap. 10, 5: *Et sonus alarum Cherubin audiebatur usque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis, vocem autem omnipotentis Dei, vocari putat vocem similem illi, quæ audita est in monte Sinai, cum legem Moses accepit, Exod. 20, 18. R. verò Salomon vocem omnipotentis dici existimat, quasi vocem magnam, sicut cedros Dei, et montes Dei, id est, magnum. Ego vocem Dei aut omnipotentis periphrasim tonitruis esse arbitror. Nam tonitruum in Scripturis vox Dei appellari solet, ut toto Psalmo 28, describitur: *Vox Domini super aquas, Deus super aquas intonuit, Dominus super aquas multas. Vox Domini confringentis cedros, et confringent Dominus cedros Libani, v. 5 et 3. Nam sonus tonitruis, et sonus aquarum multarum similes sunt, et dixerat se audivisse sonum similem sono aquarum multarum. QUASI SONUS ERANT. Hebr. sicut vocem locutionis multe, *hamallah*, significat confusum murmur, quod ex multitudine loquentium hominum audiri solet, ut Jer. 11, 46, sicut statim explicat eum dicit, ut sonus castrorum. *Cumque starent, amittebantur penne eorum; remittebantur alas suas, id est,***

non movebant, non concutebant illas, cessare atque quiescere faciebant. Non enim significat contraxisse, aut deiecisse alas; sed relaxationem illis à motu dedisse. Semper enim habebant duas alas extensas, et ad volandum paratas, ut supra, vers. 11, descripsit, atque hoc sensu Septuag. verterunt, cessabant alæ eorum.

VERS. 25. — NAM CIM FIERET VOX. Hebr., et fiebat vox super firmamentum, quod erat supra capitæ eorum, cum illa starent, id est, cum animalia non movebantur, non audiebatur sonus alarum, quia quiescebant; sed audiebatur vox in firmamento. STAMMITERANT, remittebant, id est, cessare et quiescere faciebant alas suas, ut versu precedenti, et ut Sept. verterunt *aveloro ai vepoye adrebo*.

VERS. 26. — SIMILITUDO THRONI. Verba sunt transposita sic ordinanda: Et super firmamentum, quod capitibus eorum imminere, erat similitudo throni quasi ex sapphiro fabricati, aut coloris lapidis sapphiri.

VERS. 27. — QUASI SPECIEM ELECTRI. Vide supra versu 4: *Velut aspectum ignis*, id est, et figuram ignis intra ipsam speciem electri; ad speciem enim relativum hoc refertur Hebraicè, ut constat ex genere feminino, quamquam Sept. ad electrum referunt. IN CIRCUITU. Non significat in circuitu extrinsecus; sed intrinsecus: quasi dicat, intra electum apparmisse speciem ignis circularem, idque à lumbis similitudinis hominis usque ad caput. Infra lumbos verò ignem et splendorem fuisse tantum, non item electrum. Non est autem hæc alia imago; sed illa ipsa quam vers. 4 viderat. Nam firmamentum intra nubem erat.

VERS. 28. — VELUT ASPECTUM ARCUS, id est, ignis et splendor, qui infra lumbos imaginis apparebat, similis erat color, qui in iride appareat. Nam ex coloribus, qui in iride apparent, unus est igneus. Hactenus descriptio figuræ sicut primo versu capituli sequentis propheta dicit. Est enim ille versus epilogus huius capituli; quare Hebræi cum hoc, non cum sequenti capite conjungunt, reliquum est ut figuræ jam constitutæ quasi ænigmatis significationem, sensumque perversigemus.

Quatuor visiones in hoc capite propheta descripsit. Primo loco tempestatem, vers. 4. Secundo, figuram quatuor animalium à versu 5, usque ad 15. Tertio, speciem rotarum à versu 15, usque ad 22. Quarto, firmamentum et hominem in throno sedentem à versu 22, usque ad finem. Prima visio multò minùs, quam cæteræ difficultatis habet. Nam, etsi Origenes et nonnulli alii allegorici auctores aliter exposuerunt; tamen ex fine et argumento ipso propheta manifestum voluisse Deum per hæc tempestatem quam Ezechiel ostendit, illi significare magnam calamitatem Judeis et Jerusalemitanæ civitati à Chaldeis imminere. Itaque ventus turbinis, id est, turbines excitans, indicat proximam esse calamitatem; solet enim magnam tempestatem et pluviam magnus ventus antecedere, ut in proverbium abiit: *Post ventum pluvius*. Quòd

autem ab aquilone venientem vidit duo significat: alterum est, tempestatem futuram esse maximam. Nullus enim ventus tam vehemens quam aquilo, nullus tam rapidus, nullus tam frigidus; nullus tam urens, nullus denique tam iniuriosus terræ, ut non solum profani poeta; sed noster etiam ecclesiasticus philosophus describit, c. 43, 18. *Vox tonitruis ejus verberavit terram, et tempestas aquilonis, et congregationem spiritus. Et vers. 22, 25: Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, et sicut lorica induet se aquas. Et devorabit montes, et exeret desertum, et extinguet viride, sicut ignem. Alterum quod significatur, est, Judæorum calamitatem atque perniciem ex Babylone venturam. Erat enim Babylon Judææ aquilonaris, ut supra docuimus. Itaque nihil aliud hoc loco dicere voluit Ezechiel, quam quod Jeremias dixit de eadem Judæorum calamitate loquens, c. 1, 43, 14: *Ollam succensam ego video, et faciem ejus à facie aquilonis. Et dixit Dominus ad me: Ab aquilone pandetur omne malum; et c. 4, 6: Malum ego adduco ab aquilone, et contritionem magnam; et c. 6, 1: Confortamini, filii Benjamin, in medio Jerusalem, et in Thera clangite buccinâ, et super Bitarcem levate veclitum; quia malum visum est ab aquilone, et contritio magna; et c. 10, 22: Vox auditionis ecce venit, et commotio magna de terra aquilonis. Notantur etiam simul Chaldæorum mores, quòd veloces, quòd rapidi, quòd crudeliter essent, omniaque, sicut aquilo, vastarent: propterea rex Babylonis apud hunc ipsum prophetam, c. 17, 5, et seq., aquilæ comparatur, et apud Jerem., c. 4, 13: *Ecce quasi nubes ascendit, et quasi tempestas currus ejus: velociores aquilæ equi ejus: vae nobis, quia vastati sumus, et c. 48, 40: Ecce quasi aquila volabit, et extendet alas suas ad Moab. Aquilo ergo rex Babylonis est; turbines verò sunt bella, quæ contra Judæos, contra Ægyptios, contra Iudæos, contra Moabitas excitat, ut infra propheta narrat. Latine accidit ut aquilo aquilæ etiam nomine similis esset; sed non potuit eò alludere propheta, quia Hebraicè nulla inter aquilonem et aquilam similitudo hominis est. Nubes magna videtur mihi exercitum et militares copias regis Babylonis significare; ut Jer. 4, 13: *Ecce quasi nubes ascendit, et quasi tempestas currus ejus. Sicut enim nubes terram obtegat, ita magnus exercitus: quemadmodum de Ægypto loquens Ezechiel ait, cap. 50, 18: Ipsam nubes operiet, (id est, exercitus regis Babylonis) filio autem ejus in captivitatem ducentur. Et de Gog et Magog, c. 38, 15, 16: *Et venies de loco tuo lateribus aquilonis tu, et populi multi tecum, ascensores eorum universi, cæcus magnus, et exercitus vehemens; et ascendes super populum meum Israel quasi nubes, ut operies terram. Potest etiam Babyloniorum exercitus propter velocitatem nubes vocari, ut gentes, que veniunt ad Ecclesiam, Isai. 60, 8: *Qui sunt isti qui tu nubes volant, et quasi columba ad fenestras suas? Sicut rex eadem de causâ aquila dicitur est; erant enim Babylonii milites, et equi velocissimi, ut indicat Isai., c. 50, 19: Et******

*dixisti: Nequaquam; sed ad equos fugiemus: id eò fugiatis. Et super veloces ascendemus, id eò velociores erunt, qui persequentur nos. Et Jerem. 4, 13: Velociores aquilæ ejus. Et Thren. 4, 19: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilæ cæli: super montes persecuti sunt nos; in deserto insidiati sunt nobis. Et Habacuc, 1, 6: *Ecce ego suscitabo Chaldæos gentem amarant et velocem, ambulantem super latitudinem terræ ut possideat tabernacula non sua. Et vers. 8: Leviores pardis equi ejus, et velociores lupis vesperinis. Comparatur etiam nobis Chaldæorum exercitus, quòd quemadmodum nubes tempestatem et grandinem afferre solet: ita ille secum calamitatem et vastationem ferret. Ignis involvens, bilem et iram regis Babylonis designat, qui tanquam fulmen omnia consumens venturus erat: aut fatrum templi et urbis incendium, de quo Jerem. cap. 17, 27, et 21, 10, et 52, 29, et 54, 2, 22, et 57, 7, 9, aut divinam indignationem, quæ per exercitum regis Babylonis contra Jerusalem erat effundenda. Hoc enim moverat per Jerem., c. 4, 4. Circumcidimini Domino, et auferite præputia cordium vestrorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem; ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat; quòd postea factum fuisse dicit, Thren. 2, 4: *Occidit omne quod pulchrum erat visum in tabernaculo filii Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. Splendor in circuitu; divina majestatis indicium esse potest; aut significat signa que divinam iram et ultionem præcedere solent, ut Psal. 49, 3: *Deus manifestus venit: Deus noster, et non sibi. Ignis in conspectu ejus exardescet; et in circuitu ejus tempestas valida. Si per ignem iram regis Babylonis intelligamus, per splendorem ejus minas intelligemus, que vindictam, sicut splendor ignem, præcedere solent. Sed alteram explicationem magis approbo propter imaginem electri, que statim sequitur. Species autem electri, id est, imago hominis splendida, et electro similis imago Dei mihi videtur esse, qui dicitur amictus lumine, sicut testamento, Psalmo 105, 2: *Quique ignis consumens est. Hebr. 12, 19, quod ex vers. 27 magis apparet, ubi eandem, ut diximus, imaginem ita depingit, ut nonnisi Deum referre possit. Erat autem imago supra lumbos electrica, infra lumbos ignea, quia post iram Dei misericordia sequitur: cum enim iratus fuerit misericordiam recordabitur, Habacuc. 5, 2, et, non in perpetuum irascetur; neque in æternum comminabitur, Psal. 102, 9. Electrum autem misericordiam electrum est, ut videtur Hieronymus interpretari; electrum enim, sicut misericordia, attrahendi, alliciendi que vim habet. Significabat ergo hæc imago intra exercitum regis Babylonis Deum fuisse, ejusque ductu, impulsuque venire: Converterit enim cor eorum ut odirent populum ejus et dolam facerent in servos ejus, Ps. 104, 25. Itaque voluit indicare, non casu, sed divino consilio Babylonicam captivitatem consequenturam. Chaldæos verò non suis viribus, sed Dei auxilio volentis per eos populum suum castigare, victoriam de Iudeis reportaturos. Nam quemadmodum persequentur unum mille, et duo fugarent decem millia?*****

Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, et Dominus conclusit illos, ut ait Moses, Deuter. 32, 30. Gregorius et alii, qui hanc imaginem electri Christum interpretantur, quod divinitas et humanitas naturam constet, sicut electrum colore auri et argenti, vera mihi dicere videntur; sed minus ad hujus prophetiae interpretationem accommodat. Manifestum enim est agi hic de futura vastatione Jerusalem. Ad quam Christum non venisset indutus humanam naturam, quam non ad puniendum, sed ad parcendum assumpsit.

Sequitur visio secunda quatuor animalium, quam variè sunt veteres auctores interpretati; quæque adeò difficilis est, ut vix credatur intelligi explicari-quo posse. Nos omnes aliorum interpretationes ut in rebus difficilioribus facere solemus, primum recitabimus; deinde si quid nos divino beneficio, mediando, legendo, orando consecuti sumus, in medium conferemus. Origenes, homilia 4 in Ezechielem, quatuor animalia, quatuor in homine affectiones significare putat. Hominem ut λογιστικός, id est, partem hominis rationis participem; leonem, ut θυρακτικός, irascentem; bovem, ut ἐπιθυμητικός, concupiscentem; aquilam verò, quæ usque ad caelum volat, spiritum Dei, quo homines reguntur. Hæc ad mores quidem accommodatè et utiliter; ad interpretationem verò hujus loci non satis aptè dicuntur, ubi non de hominis affectionibus; sed de futura Judæorum captivitate agitur. Ambrosius paulò aliter, lib. 5 de Virginitate, per hominem, prudentiam; per leonem, fortitudinem; per bovem, temperantiam; per aquilam, justitiam intelligit.

Alii per quatuor animalia quatuor Evangelistas intelligendos putaverunt, ut Hieronymus, et Gregorius. Quæ interpretatio et suorum auctorum gratia et specie probabilitatis invaluit. Et quidem aptissime videntur omnia quæ de quatuor animalibus hic dicuntur, in quatuor Evangelistas convenire. Primum numerus idem. Deinde quatuor unicuique facies, ut omnem in partem orbis terrarum ire possit; quatuor etiam facies uniusquisque habet Evangelista, unicuique enim dicitur ut eat in mundum universum, et prædicet Evangelium omni creaturæ, Marci cap. 16, vers. 15. Quatuor quisque facies habet, quia cum cæteris quisque consentit; quasi se ipsos vicissim omnes respiciant. Quatuor cuique pennæ, quia omnes in partes tantà celeritate discurrebant, ut volare viderentur. Duabus volabant, et duabus tegebant corpus suum, quia fide in caelum volabant; humanam autem scientiam tegebant, et cæcæ quodammodo reddebant, ut Hieronymus interpretatur; aut, ut Gregorius, quia amore et spe in sublime ferebantur, futuraque petebant; timore et penitentia præterita peccata tegebant, ne à Deo viderentur. Alarum etiam stridor suam significationem habet. In omnem enim terram exitit sonus eorum; et in fines orbis terræ verba eorum, ut divus Paulus interpretatur ad Romanos, cap. 10, versu 8. Pedes, hoc est, tibias rectas habent, quia in omnem partem sine conversione, id est, sine ulla tergiversatione, sine ulla cunctatione, quocumque

Dei spiritus vocaret, ituri erant. Rotundæ ac teretes plantæ eorum mobilitatem significabant, quæ totum terrarum orbem percurrerant, in omnes partes terræ aequali facilitate euntes. Scintille ex illis emicabant, quia quocumque pergebant, splendor eos Evangelii sequebatur. Manus hominis sub alis habebant, quia non solum verbis, sed etiam factis homines ad salutem adjuvabant. Non revertentur cum ambularent, quia omnia, quæ dicebant, vera erant: nec arbut opus ut, quod semel dixissent, revocarent; aut, ut ait Gregorius, quia semper in melius proficiebant, nec unquam retrò cedebant. Nemo enim mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retrò, optus est regno Dei, Lucæ cap. 9, vers. 62, quemadmodum de seipso divus Paulus dicit: *Qua retrò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum*, Philippens., capite 3, versu 15. In medio eorum splendor ignis erat, quia spiritu sancto gubernabantur. *Non enim vos estis* (inquit Christus), *qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, Matthæus 10, 20.

Aliam D. Hieronymus interpretationem recitat Catinæ eujusdam Syrii, quem illi cognomento *ἱεραρδύς*, id est, ingeniosum vocabant, qui figuram quatuor animalium ad castra Hebræorum in solitudine metata referebat. Faciem hominis ad totum Israel: faciem leonis ad regiam tribum Juda: faciem bovis ad sacerdotalem tribum Levi: faciem aquilæ desuper eminentem ad Deum, qui ultionem de populo cum vellet, sumeret, ut Osee dicitur c. 8, v. 1: *In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini*.

Alii existimârunt describi Dei majestatem et gloriam, et quatuor animalia, quatuor esse Cherubim, quibus Deus insidere dicitur, 4 Reg. 19, 15: *Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ*. Et Psal. 17, 11: *Ascendit super Cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum*. Et Psal. 79, 2, 3: *Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse*. Et Psal. 98, 1: *Dominus regnavit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim moveatur terra*. Ut Theodor. in comm. hujus loci. Hæc interpretatio eò videtur esse probabilior, quòd ipse Ezechiel, c. 10, 1, hanc eandem visionem repetens animalia vocat Cherubim: *Vidi, inquit, et ecce in firmamento quod erat super caput Cherubim quasi lapis sapphirus: totoque capite ita sepe vocat*. Tum etiam quod idem Ezechiel initio captus secundi quasi per *ἰσοπέλαγος*, aut per transitionem quamdam dicit: *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini*. Quibus verbis significat se superiori capite, id est, primò gloriam Domini descripsisse sedentis super quatuor Cherubim, nec aliud quidquam totà hæc animalium et rotarum quadrigâ, quam Dei majestatem et gloriam declarare voluisse. Rursus cap. 5, 12, hanc ipsam visionem gloriam Dei appellat: *Et audivi post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo*. Et vers. 25: *Et surgens egressus sum in campum: et ecce ibi gloria Domini stabat, quasi gloria, quam vidi juxta fluvium Chobar*. Accedit quòd

solent prophete, cum aliquid magni, quod viderint, indicare volunt, gloriam Dei, quæ conspexerint, prius describere, ut fidem faciant eorum quem dicunt. Sic Isaias c. 6, 1, 2: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et plena erat domus à majestatis ejus; et ea quæ sub ipso erant trepebant templum*. *Jerusalem stabat super illud, sex alæ uni, et sex alæ alteri. Duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant*. Et verò non desunt, qui istam Isaiæ figuram, et hanc, de quâ agimus, Ezechielis eandem esse putent, ut R. Moses Ægypt. lib. 5, More c. 7, quod ego valde arbitror esse probabile. Non quòd extrinsecus eadem sit, apparet enim manifesta in nonnullis rebus dissimilitudo: sed quòd eadem sit significatio. Isaias vocat Seraphim, Ezechiel Cherubim: sed idem est sensus, Deum celestibus montibus insidere. Isaias sex alas unicuique tribuit: Ezechiel quatuor, quia alias proprietates explicare voluit. Nam re quidem verà nullas habet alas: sed voluit Isaias significare celeritatem earum mentium in perficiendis rebus, quæ à Deo illis mandantur; propterea duas illis ad volandum alas attribuit. Voluit docere neminem posse initium et finem Dei cognoscere, id est, quid fecerat ante mundi conditionem, quid post mundi finem facturus sit; tantum ex rebus effectis, ut ait D. Paulus, cognosci posse; quasi medium ejus corpus, quod inter faciem et pedes, hoc est, inter principium et finem æternitatis ejus, si principium et finem haberet, interjectum est, quemadmodum Origenem interpretari memini: propterea alias quatuor alas singulis seraphinis appinxit; duas, quibus faciem; et alias duas quibus pedes Dei velarent, ne quis eos videret. Ezechiel voluit ad prophetiarum veteris Testamenti alludere: ideo Cherubim appellavit, quos Isaias vocaverat Seraphim. Voluit duas tantum Cherubim proprietates declarare, altera est, celeritas discurrendi, quocumque Deus eos mittit; altera est quòd non benè à nobis cognoscantur: ideo quatuor tantum singulis alas tribuit, duas ad volandum, duas ad tegendum corpus; ne à nobis videretur. Tantum apparent facies, id est, tantum cognoscimus esse naturas ratione præditas; tantum apparent alæ, tibie, pedes, id est, solum eorum in agendo celeritatem, et in omnes partes sese convertendi facilitatem intelligimus. Tantum apparent manus, id est, eorum actiones, et opera, quæ manibus significantur, ita à nobis manibus fiunt.

Omnes iste interpretationes probabiles mihi videntur, hæc autem ultima cæteris probabilior. Nulla tamen est eorum, in quâ non mihi aliquid desiderari videatur. Num in illâ interpretatione Hieronymi, quæ hodie receptissima est, primum illud desidero, ut figura ad Evangelistas accommodetur, quod non videtur, commodè fieri posse. Putat enim Hieronymus singulos Evangelistas singulas habere facies; Matthæum hominis, quia de Christi humanitate maximè agit; Lucam vituli, quia à Zacharie exorditur sacerdotio; Marcum leonis, quia à voce clamantis in deserto, quasi à ru-

gitu leonis incipit: Joannem aquilæ, quòd aliis cæteris volet, et de Christi divinitate disputet. Si autem Ezechielis figuram sequamur, non singuli singulas facies; sed singuli quatuor has habere debuisent. Illud etiam desidero, quod in hæc re præcipuum est, ut interpretatio argumento prophete consentanea sit. Agebat propheta de futura Judæorum captivitate, quorsum nobis Evangelistas depingeret? Deinde quorsum ab aquilone? Nam Evangeliste non ab aquilone, sed à meridie, id est, ab Jerusalem Evangelii prædicationem inchoârunt, quemadmodum Christus illis præcepit, Lucæ 24, 47: *Prædicari in nomine ejus penitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerusalem*. Catinæ interpretatio quid desit non dico, cum omnia illi deesse videantur. In interpretatione autem Theodoretii fateor me pauciora desiderare, tamen aliquid desidero. Primum illud ipsum, quod in Hieronymi sententiâ, ut magis sit ad argumentum prophete accommodata. Non autem id agebat propheta, ut Dei majestatem nobis depingeret, sed ut venturam Judæorum calamitatem prædiceret. At solent prophete divinam majestatem videre, eamque describere, ut cæterarum rerum, quas prædicari sunt, fidem faciant, quemadmodum Isaias fecisse diximus: fateor, sed si hoc idem Ezechiel. Facere voluisset; fecisset primo statim initio, sicut Isaias quousque fecit: fecisset antequam diceret se vidisse ventum turbini, nubem magnam, ignem involventem, splendorem in circuitu, speciem electri in medio ignis; cum propterea diceret, ut hoc ipsum probaret; et si Dei majestas ostensa illi est, prius ostensam facies credendum est, quam futura calamitas ostenderetur, cum ideo Dei imaginem viderit, ut ab eo res futuras acciperet: prius ergo vidisset, et prius narrasset se vidisse Deum, quam illam tempestatem, quæ calamitas Judæorum significabatur. At prius vidit tempestatem, quam figuram animalium; figura igitur animalium, non Dei majestatem et gloriam; sed aliquid aliud significabat. Deinde si propheta Dei nobis majestatem describere voluisset, plus operæ in ipsâ imagine Dei depingendâ posuisset: nunc autem in pingendis animalibus totus propheta est, de Dei imagine vix obiter unum aut alterum verbum dicit, argumentum ergo est aliquid per animalia præter gloriam Dei significari, de quo præcipue agit propheta. Illud etiam argumentum est, prophetam non de Dei majestate agere, quòd non dicit Cherubinos duabus alis imagine electricam Dei, sed suum ipsorum corpus tegere. Si enim Dei majestatem describeret, Cherubini ejus faciem texissent, quemadmodum apud Isaiam; et sicut Cherubim, quæ in prophetiario picta fuerant, utrumque ejus latus, et oraculum ipsum alis suis obtangebant, Exodi 25, 20.

Nonnulli recentiores auctores divinam providentiam pingi existimârunt. Nam rei difficultas omnes explicandi rationes queri fecit. Atqui si id ageretur, figura non omnino malè conveniret. Solet fortuna uni insistentis rote depingi, ut ejus mobilitas et inconstantia

delectaret. Dei providentia fortunæ contraria rectè plangi potest insidens quadrigæ, et ejus constantia, et æquabilitas significetur. Quatuor rote in aliis quatuor transversim implicatæ, et quatuor animalia, quorum unumquodque quatuor habet facies, tibias, pedesque rotundos, ut omnem in partem æqualiter moveri possint, significare possunt Dei providentiam ad omnes mundi partes pervadentem. Alæ extensæ ejus celeritatem. Quæ verò corpus tegunt, multa nos in divinâ providentiâ latere; multa esse, quæ Dei consilio fiant; quæ quia causas ignoramus, casu nobis fieri videantur. Splendor ejusdem providentiæ splendorem significare posset, qui in rerum omnium temperatione, ordine, administratione relect. Hæc, inquam, omnia non malè convenirent: sed non id agitur.

Alii Dei gloriam, hoc est Evangelium ipsum, quod Dei gloria nonnunquam vocari solet, describi putant. Nos, inquit D. Paulus, 2 Cor., cap. 5, v. 18, *revelatæ facie, gloriam Domini contemplantis in eandem imaginem transformamur à claritate in claritate, tanquam à Domini spiritus*; et cap. 3, v. 6: *Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu*. Ipsum igitur Evangelium splendore illo, et igne significari. Nam et Christus dixit, Luc. 12, 19: *Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi accendantur*? Animalia verò omnes Evangelii prædicatores, qui in omnes partes parati sunt ire. Imaginem electricam throno insidentem Christum esse sedentem ad dexteram Patris. Sedebat enim non infra, sed supra firmamentum. Eundem enim Christum Isaiam ad eundem modum sedentem vidisse, ut indicat D. Joannes, c. 12, 41: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo*. Ego hæc omnia faciliè concederem, si id ageretur. At tempestas, non Evangelii tranquillitas: bella, non evangelica pax: captivitas Judæorum, non evangelica libertas describebantur.

Alii philosophicè interpretantur, quatuor animalia omnes res significari; nam per animalia quæ præstantissimæ res sunt, res omnes intelligi; per quatuor præstantissima hominem, leonem, bovem et aquilam, omnia alia intelligi. Nam per hominem omnes naturas ratione præditas; per leonem omnes feras sylvestres, omniaque animalia non cicurata; per bovem animalia omnia domestica; per aquilam omnes volucres intelligi. Omnia igitur à Deo gubernari. Nam quatuor animalia res omnes esse, quatuor uniuscujusque facies, quatuor mundi partes; quatuor rotas motum atque effectum divinæ providentiæ significare. Esto; sed quid ad chordam?

Ego persuasum habeo, donec ab alio aliquid probabilius reperitur, prophetam aliquam magnam tempestatem, et conversionem rerum describere voluisse. Nam id agere cœperat initio capitis, et idem toto libro prosequitur. Et credendum est prophetam nullum ænigma proposuisse, quod non aut verbis, aut re ipsâ declaraverit. Itaque veram hujus figuræ interpretationem, non aliunde quam ex eodem propheta petendam arbitror. Ex propheta autem hæc non obscure,

sed aperte colligimus. Primum aliquam rerum conversionem significari, hoc enim agere cœperat. Deinde hanc visionem eandem esse atque illam, quam repetit cap. 10. Hanc enim dicit se habuisse juxta fluvium Chobar, vers. 1 et 5, et cap. 10, vers. 15, ait: *Ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar*; et vers. 20: *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel juxta fluvium Chobar*. Tertio loco illud ex eodem propheta constat, hæc animalia fuisse Cherubim, et apparet toto cap. 10, præsertim vers. 20: *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel juxta fluvium Chobar: et intellexi, quia Cherubim essent*. Quarto loco colligimus, si non certâ ratione, at probabilissimâ conjecturâ, hos Cherubim aliquos reges significare. Nam cap. 28, 14, regem Tyri appellat Cherub: *Tu, inquit, Cherub extensus et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti; et vers. 16: Et ejeti te de monte Dei, et perdidisti te, ô Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum*. Illud etiam videmus agere postea Ezechielem de quatuor regnorum commutatione Chaldeorum, Assyriorum, Ægyptiorum, et Tyriorum. Colligimus inde quemadmodum unum Cherub, id est, unum animal regem Tyri significabat; ita alia tria animalia alios tres reges significabat. Igitur sensum hujus ænigmatis esse arbitror, fore ut post tempestatem, quæ Judæis imminabat, quatuor illa regna, quæ Judæis infesta fuerant, hæc illuc converterentur, inque alios transferrentur dominos. Quod ut significetur, ponitur ob oculos generalis omnium regnorum hypotyposis. Quatuor enim animalia quatuor hæc regna, de quibus agit Ezechielem, deinde omnium regnorum naturam et conditionem significant; quæ quatuor facies habent, quia aliquando converterentur humanis moribus gubernantur, id est, in pace et tranquillitate degunt, ita ut humanam faciem habere videantur; aliquando vicinas gentes, ut leones trucidant; aliquando ut boves conculcant; aliquando ut aquila diripiunt, spoliant, et in captivitatem ducunt. Nam et Nabuchodonosorem Chaldeorum regem, cum ad diripiendum Moab venit, aquilam videmus appellari, Jerem. 48, 40: *Ecce quasi aquila volabit, et extendet alas suas ad Moab, et cap. 49, 22: Ecce quasi aquila ascendet, et avolabit; et expandet alas suas super Bosram*. Et apud hunc ipsum Ezechielem rex Babylonis aquila vocatur, quia regem Juda in captivitatem ducturus erat, cap. 17, 31: *Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ducta, plena planis et varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri*. Non absimile est quod Balthasar rex Babylonis quatuor bestias per quietem vidisse dicitur, quæ Dan., cap. 7, quatuor regna interpretatur. Inter ea unum aquilæ alas habebat, et super pedes quasi homo stetit, et cor hominis datum est ei. De Chal. quoque scribit Halaenc, cap. 1, 8, 9. *Velaunt quasi aquila festinans ad comedendum; omnes ad prædam veniunt, facies eorum ventus urens, et congregati quasi arenam captivitatem*. Hæc omnia idcirco adnotavimus, ut intelligamus non solum Ezechielis argumentum, sed aliis etiam Scripturis sacris consentaneum

esse ut quatuor animalia omnia regna; ea verò præsertim quatuor, de quibus agitur, interpretantur. Propterea sub firmamento ponuntur, quia cælo subjecta sunt, indequæ à Deo regem, et domino dominantium gubernantur. Hoc est quod supra firmamentum thronum saphirinum, et similitudinem hominis in eo sedentis propheta vidit. Is enim Deus erat qui supra omnes reges altiore throno sedet. Color electri et speciei ignis Dei gloriam et majestatem declarabat, qui, ut ait D. Paulus, Heb. 12, 29; 1 Tim. 6, 16: *Ignis consumens est, et lucem inhabitat inaccessibilem, et ut David loquitur, Psal. 10, 2: Amictus est lumine sicut vestimento*. Vox, quam Ezechielem supra firmamentum audivit, imperium Dei erat, quo omnia regna gubernat, atque quocumque vult, transferret. Hoc enim est quod tam sæpè Scriptura prædicat; *Balthæum regnum dissolvit, inquit Job 12, 18, et præcignit fune venes eorum; et regnum à gente in gentem transfert propter injustitias, et injurias, et contumelias, et diversos dolos*. Dominatur enim *Excelsus in regno hominum, et quicumque voluerit dabit illud et humillimum hominum constituit super eum*. Animalium figura, et quatuor cujusque facies, et alæ extensæ, et tibie teretes, et pedes, summam ad obediendum Deo propositionem denotant; regnaque omnia sine ulla cunctatione eò ire, quò à Deo impelluntur. Alæ quibus se tegunt humana præsidia sunt, quibus se reges tueri solent; sed si à Deo aliò impellantur, nihil prosunt. Manus hominis humanam industriam, auxilia, studia, labores, quæ omnia nisi Dei spiritu, qui in animalibus fuisse dicitur, gubernentur, cassa sunt et inania. Hoc sibi vult quòd animalia, ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, id est, regna eò transferuntur quò Dei voluntas impellit. Ignis qui in medio erat animalium, indicabat spiritum Dei in regibus, regnisque omnibus

CAPUT II.

1. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini. Et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi vocem loquentis, et dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum.

2. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, et statuit me supra pedes meos: et audivi loquentem ad me,

3. Et dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me: ipsi et patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque ad diem hæc.

4. Et filii duræ facie et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:

5. Si fortè vel ipsi audiant, et si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est: et scient quia propheta fuerit in medio eorum.

6. Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpiionibus habitas. Verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.

residere, ut eos hinc vel illuc pellat. Cor enim regis in manu Domini: quicumque voluerit, inclinat illud. Non recedebantur cum incederent, ut dicitur versu 9, quia Dei voluntati nullo modo resistebant. Ibant, et recedebantur, ut dicitur versu 14, in similitudinem fulguris corsuscantis, quia brevi tempore regna auferuntur, et eidem cui ablata fuerant, restituntur, ut accidit Nabuchodonoseri apud Danièlem, cap. 4. Sonus alarum, qui audiebatur, indicabat, nunquam regna sine magno sonitu, stridoreque converti, quemadmodum de Romanorum republica orator quidam dixit. Rote ipsa regna, sicut animalia reges significabant. Trahunt enim reges sua regna secum, sive in salutem, sive in interitum, sicut animalia currus trahunt. Alque hoc est, quod dicit versu 19: *Cum ambulaverint animalia, ambulabunt pariter et rote juxta ea; et cum eleventur animalia de terra, eleventur simul et rote*. Hoc est quod dicit, spiritum vitæ, id est, eundem spiritum Dei, qui erat in animalibus, fuisse in rotis. Figura rotarum, quòd rota in rotâ erat, propositionem et proclivitatem significabat; eundem, quicumque in partem ab animalibus traherentur. Oculi, quibus rote plene erant, aut principes et consiliarios regnorum ostendebant, qui frustra consilium petendo ad conservandum regnum, cum Deus illud perire decrevit. Non enim est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum; aut significabant divinam Providentiam per omnia regna diffusam, quæ sicut corpus oculis, gubernantur. Color crystallinus rotarum, indicium erat regna colitis à Deo dari, color enim crystallinus, celestis color est. Terribilis rotarum magnitudo regnorum formidabilem magnitudinem declarabat. Regnum enim quasi magna aliqua macula est, quæ cum convertitur, magnum videlicet terrorem incutit.

CHAPITRE II.

1. Telle fut cette image de la gloire du Seigneur; et je vis, et je tombai le visage en terre; et j'entendis une voix qui me parla, et me dit: Fils de l'homme, lève-toi sur vos pieds, et je parlerai avec vous.

2. Et l'esprit m'ayant parlé de la sorte, entra en moi, et m'affirma sur mes pieds; et je l'entendis qui me parlait.

3. Et me disait: Fils de l'homme, je vous envoie aux enfans d'Israël, vers un peuple apostat qui s'est retiré de moi; ils ont violé jusqu'à ce jour, eux et leurs pères, l'alliance que j'avais faite avec eux.

4. Ceux vers qui je vous envoie sont des enfans qui ont un front dur et un cœur indomptable; vous leur direz donc: Voici ce que dit le Seigneur Dieu:

5. Pour voir s'ils écouteront enfin eux-mêmes, et s'ils cesseront de pécher; car c'est un peuple qui m'irrite sans cesse; ils sauront au moins qu'un prophète a été au milieu d'eux.

6. Vous donc, fils de l'homme, ne les craignez point; n'appréhendez point leurs discours; parce que ceux qui sont avec vous, sont des incroyables et des rebelles, et que vous habitez au milieu des scorpions. Ne craignez point leurs paroles, et que leurs visages ne vous fassent point de peur, parce que c'est un peuple qui m'irrite sans cesse.